

A 1915 IX

Regi nyomtatványok, Martin

(304.151.)

Pilatus deus ad Christus crucem
q. ego sed crucis.

Tu p. Pilatus ego sum Christus crucis.

rum

M. 142. galambos
növények

ERITOME

CATECHETICA

AUCTORE

CUNRADO DIETERICO,

SS. Theolog. Doct.

ante hac Practicas Philoso-
phiae Pædagogicæ
Gilliæ, nunc Pastore
ac Superintenden-
te Ulmeni.

SÖLNE,

Typis JOHANNIS DADAB.
ANNO M DC LXX.

Regj. Nyomtatványok
(304. sz.) - Nyíregyháza, Martin

Epitome Catech: de Decal.

Unde constat Sacram Scripturam
esse indubitate Verbum DEI.

E variis argumentis : Inde præcipue, quid 1. admirandos & planè diuinos effectus (ut puta fidem, invacationem : consolationem &c.) in animis hominum excitat & confirmas.

2. Quod Spiritus Sanctus certitudinem ejusdem interiori obtestatione in cordibus fidelium obsignat.

Quæ sunt Capita doctrinæ Christianæ, quæ in Sacra Scriptura continentur?

Capita doctrinæ Christianæ præcipua, sunt quinque :

1. Decalogus (seu decem
Præcepta.)

2. Symbolum Apostolicum.

3. Oratio Dominica.

4. Sacramentum Baptismi.

A 2 5. Sa-

Quid est Catechesis?

St brevis ac perspicua institutio radio-
rum in fundamento
religionis fidei, & vitæ
Christianæ è Scriptis Pro-
pheticis ac Apostolicis
collecta.

Catechesis unde desumpta est?
Ex Verbo DEI, Sacris Scripturis
comprehensio.

Quid est Sacra Scriptura?

Sacra Scriptura est verbum DEI, à
Prophetis, Evangelistis & Apostolis,
immediato Spiritu S. afflatis prescri-
ptum, ut ex illo de veri DEI agnitione
& cultu, ad vitam æternam erudiamur.

Unde

Regi nyomtatványok
(304.15.1)
Mártin

5. Sacramentum Coenæ Dominicæ.

Quis singulorum horum capitum
in genere usus est?

Ut agnoscamus 1. qui & quales nos
sumus, & quomodo nobis cum Dño
Domino nostro conveniat. 2. Qui &
qualis Deus Dominus noster sit, &
quâ ratione cum ipso reconciliari ac
uniri queamus.

DE DECALOGO.

Quid est Decalogus, seu
Decem Præcepta?

Est legis divinæ [in primæva
creatione hominum mentibus
inditæ] solemnis repetitio &
declaratio, ab ipso Dño in monte,
Synai

de Decalogo!

Synai Tabulis lapideis inscripta & à
Mose promulgata: tradens rationem
piè, justè & sobriè vivendi, omnibus
hominibus.

Quomodo distingvitur Decalogus?

BIPARTITUS, in Tabulas duas.

Prima est: Quæ de cultu & di-
lectione Dñi immediate præcepta
tradit.

Secunda est: Quæ agit de dilecti-
one Proximi.

Quæ est Summa Tabula primæ?

Ut diligamus DEUM ex toto cor-
de, ex tota anima, & ex totis viribus,
Matth. 22. v. 37.

Quot Præcepta continet prima Tabula?

Tria priora.

Quæ est Summa Tabula secunda?

Ut diligamus proximum nostrum,
sicut nos ipsos. Matth. 22. v. 29.
Et omnia quæcumque voluerimus, ut
faciant nobis homines, eadem & nos
faciamus ipsis, Matth. 7. v. 12.

A 3 Quæ

Epitome Catechetica

Quinam sunt proximi nostri?
Omnes omnino homines, qui con-
silio, ope & subsidio nostro indigent,
(sive sint amici sive inimici, sive noti
sive ignoti, sive vicini sive peregrini,
sive pauperes sive divites, sive qui-
cunque alii.)

PRIMUM PRÆCEPTUM.
Non habebis Deos ali-
enos coram me.

Quæ est hujus præcepti Sententia?
Debemus DÉUM timere, diligere,
& illi soli confidere.

Quid intelligis per Deos alienos?
Omne id, quod homines loco Dei
singunt, eiq; propria, attributa, opera
& cultum veri Dei prophane attribu-
unt: ut puta...

1. Idola gentium.
2. Imagines & Sculptilia, ad cul-
sum prostantis.

3. San-

Regi nyentatwelyok, Martin
(304.15.1)

de Decalogo.

3. Sancti demortui, quatenus in-
vocantur.

4. Bona animi corporis & For-
tune, adeoq; quævis, in quibus homi-
nes confidere & gloriari solent.

Quid igitur in hoc præcepto
prohibetur?
Ne quacunq; idolatriam, ima-
ginum cultum, superstitionem, sancto-
rum aut aliarum creaturarum inven-
tionem sectemur, aut quoconq; modo
fiduciam in iisdem collocemus.

Quid verò in eodem nobis
præcipitur?
Ut unum solum verum DÉUM ha-
beamus, ipsum juxta verbum patefa-
cum agnoscamus, super omnia time-
confidamus, ei vera humilitate ac pa-
tientia nos subjeciamus, omniaque
bona, ab eo solo exspectemus.

A 4

Qa

Epitome Catechetica

Qui sit, quod etiam in reliquis præceptis hæc verba à D. Luthero præmittuntur, debeimus DEUM timere & diligere?

Ut monstretur fons, à quo omnia opera in Decalogo præcepta, promanare debent, qui est timor & dilectio Dei. (Nisi enim è filiali timore & vera Dei dilectione profiscantur, hypocritica sunt, nec Deo placere possunt.)

Sed qui & hoc sit, quod non omnia verba Decalogi totidem verbis recites, quot Deus ipse tabulis lapideis inscripsit, & Moses etiam ad mandatum Domini promulgavit?

Id quidem usq; adeò necesse non est.

Quia 1. quædam in Decalogo continentur, quæ non omnes homines in genere & absolute obligant, sed pertinent tantum ad Judæos & polismam Mosaicam.

Quia

Regi nyomtatwahyok. Martinus
(304. 15. 11)

De Decalogo.

Quia 2. sensu quædam sunt eadem ideoque hæc ipsa præcisè verbotenus recitare, opus non est.

Quænam sunt ista?

In primo Præcepto sunt hæc Verba;

1. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te, de terra Ægypti, de domo servitutis. Exod. 20. ¶. 2.

2. Non facies tibi sculptile, neque ullam similitudinem eorum, quæ sunt in celo desuper, & quæ in terra decorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terrâ. Non adorabis neque coles ea. Exod. 20. ¶. 4. 5.

Cur vero ista omittuntur?

1. Quia eductio ex Ægypto fuit corporale beneficium, soles Judæos concernens, itaque Christianos propriè nil attinet.

2. Quia Præceptum de non adorandis & colendis sculptilibus, in genere continetur in his verbis. Non habebis Deos alienos coram me.

A 5

An-

Epitome Catechetica

A non vero præceptum illud de Scul-
ptilibus, peculiare præceptum est,
& in ordine secundum?

Quodnam primum, quodve secun-
dum vel tertium præceptum sit, neq;
Deus neq; Moyses expressit. Decem
duntaxat esse scimus.

Quid ergo statuis de hoc ipso de
sculptilibus Præcepto?

Appendix sive explicatio est primi
præcepti ejusque speciale exemplum
continet.

Hud velim mibi prohes?
Dii alieni (sive propriè sive impro-
priè dicti) in primo præcepto in ge-
nere prohibentur. Sculptilia & ima-
gines ad cultum factæ & usurpatae,
sunt [scriptura teste] Dii alieni. Ergo
& in primo præcepto prohibentur.

Annon vero salva conscientia iisdem verbis
quibus in Decalogo existant, integra
præcepta recitari possunt?

Possunt sane, sed in toto novo Te-
stam.

Regi nyentatwanyok, Martin
(304.151)

De Decalogo.

stamento nuspiam ita repertuntur. A-
postolos igitur nos merito imitamur:

Anne Imagines & Sculptilia, salva
conscientia tolerari possunt?

Si prostant ad cultum, veneratio-
nem & superstitionem, sunt abolenda:
sin minus & si nihil turpitudinis vel
levitatis habent, tolerari possunt. 1.
commonefactionis. 2. ædificationis.
3. historiæ. 4. memoriae. 5. ornatū
gratiā.

SECUNDUM PRÆCEPTUM.

Non assumes nomen Do-
mini DEI tui in vanum.

Quæ est hujus præcepti
Sententia?

Debemus DEUM timere & diligere,
ne per nomen ejus imprecemur, ma-
ledicamus, juremus, incantemus, men-
tiamur, aut dolis fallamus; sed in o-

A 6 mni-

12 Epitome Catechetica.

inibus, vitae necessitatibus illud invocemus; & cum gratiarum actione laudemus.

Quid significat Nomen Dei?

1. Ipsum Deum, Exod: 17. v. 4.
2. Attributa Dei, Exod: 3. v. 3.
3. Voluntatem sive mandatum Dei, Deut: 18. v. 19.

4. Omne illud quod de Deo in Scripturis revelatum est, in ejusque notitiam, cultum gloriam celebracionem & professionem vergit.

Quid significat nomen Domini assumere in vanum?

Significat vel temere, frustra & leviter vel falso & contumeliosè, nomen Dei usurpare.

Quid igitur in hoc præcepto prohibetur?

Ne quocumque modo per nomen Dei imprecemur, maledicamus, perjeremus, incantemus, mentiamus aut dolis fallamus.

An

Regi nyomtatvethelyk, Martin
(304.19.1)

De Decalogo.

13

An non licitum igitur est jurare?
Omnino; & quidem si id 1. gloria Dei requirat.

2. Proximi salus exigit;

3. Magistratus mandet.

4. Officij & vocationis necessitas efflagitet, in fidei confirmationem & veritatis testificationem. Tum enim quilibet Christianus salvâ conscientiâ jurare potest & debet.

Quomodo id probas?

Probo 1. Quia legitimum iurandum verbo Dei sancitum, Deut: 13. & 10. 20.

2. A Sanctis in V. T. Abrahamo, Moysè, Davide &c. est usurpatum.

3. A Christo & Apostolis in N.T. adhibitum.

Et deniq; 4. ut controversiarum finis sit ad confirmationem fidei & veritatis, in Ecclesiae & Reipublicae utilitatem constitutum est, Heb. 6. v. 16.

A 7

Quid

Quid verò in hoc præcepto nobis
præcipitur?

Ut nomine DEI religiosè piè & ho-
norificè in omni sermone nostro ita-
mur, illud in omnibus necessitatibus
invocemus, adoremus, & cum gratia-
rum actione laudemus & glorificemus.

Quæ est specialis comminatio & pœna
transgressorum hujus præcepti?

Non habebit Dominus in fontem
illum qui assumserit nomen ejus inva-
num. Exod: 20. v. 7. Deut: 5. v. 11.

TERTIUM PRÆCEPTUM. Memento ut diem Sab- bathi sanctifiques.

Quæ est hujus præcepti Sententia?

Debemus Deum timere & diligere,
ne divinos ejus sermones & verbum
contemnamus: sed ut sanctum repu-
temus, libenter audiamus & discamus.

Qui

Regi: Nyentatvok, Martini
(304. 5.)

Qui fit, quod nec hujus præcepti ver-
ba omnia recites juxta syllabas, quæ
Exod. 20. v. 8. continentur?

Quia pleraq; Judaicam tantum Sab-
bathi sanctificationem concernunt:
ideoq; ceremonialia & typica sunt,
quæ solos Judæos, non etiam Chri-
stianos in N. T., obstringunt.

Quid significat Sabbathum?

Sabbathum significat idem, quod
cessatio seu quies à labore, (sic dictum,
quia septimus erat septimanæ dies,
quo Domin⁹, postquam sex dies crea-
vit cœlū & terram quievit, Gen. 2. 3.)

Ergo præcisè septimus dies
Sabbatho destinandus?

Liberum est Christianis, hunc vel
illum diem, exercitio huic divino de-
stinare. Quia tamen, ut à Judaicæ se-
Synagoga separarent, Apostoli & A-
postolici viri, diem Dominicam reli-
giosâ solennitate habendam sanze-
runt,

runt, & omnem gloriam Sabbathi Iudaici in eam transferre decreverunt ; merito nos eandem etiam celebramus.

Quare hoc ?

Quia Dominus noster Jesus Christus hâc ipsâ die à mortuis resurrexit, & resurrectione suâ, spirituale Sabbathum inchoavit.

Annon verò præter diem Domini-
cum, licitum est celebrare & alios dies
festos anniversarios, utpote Salva-
toris Apostolorum & aliorum
Sanctorum ?

Licitum utique pro libertate Chri-
stiana, si modo absit supersticio &
opinio cultus.
Cur igitur dies festis Salvatoris (ut-
puta, de nativitate Christi, circumci-
sione, resurrectione, ascensione in

Cœlos, & missione S. Sancti,
&c.) solenniter celebrantur :

Ut 1, ordine discatur historia.

Ut 2.

Reg. nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

Ut 2 sigillatim summa beneficia,
his ipsis nobis parta perpendantur.

Ut 3. speciatim pro beneficiis his
debitas Deo gratias agamus, & iisdem
in Dei gloriam & nostram salu-
tem utanur.

**Cur Apostolorum & aliorum San-
ctorum festa celebrantur ?**

1. Propter ordinem decentem in
Ecclesia observandum.

2. Propter memoriam annuam hi-
storiæ & præcipuorum, beneficiorum
D E I, per sanctos Ecclesiæ Christi
præstitorum, quæ gratâ mente Chri-
stianos recolere decet.

3. Propter imitationem, ut sancto-
rum vitam, fidem, confessionem, con-
stantiam, patientiam & alias virtutes,
piè imitemur.

**Quid significat , Sabbathum
sanctificare ?**

Significat in genere sacro ac divi-

no

18 Epitome Catechetica

no cultui sabbathum destinare, ac sancta in eodem opera peragere.

Quid ergo in hoc præcepto nobis præcipitur?

Ut Verbum DEI sanctum reputemus, illud ipsum in cœtibus divinis libenter audiamus, meditemur & discamus: Sacro Sanctis Sacramentis utamur; precum item, gratiarum actionis, aliâque pietatis & charitatis Christianæ exercitia, quibus recte & verè Sabbathum sanctificatur, per agamus.

Quid verò in eodem prohibetur?

Ne conciones & verbum divinum contemnamus, Sacraenta negligamus, opera servilia aliâq; impia ludrica ac prophana[quibus Sabbathum turpiter profanatur] tractemus.

Quæ est specialis comminatio & pœna hujus præcepti?

Quicunque prophanaverit Sabbathum,

Regi Nyomtatványok, Martin
(304. 5.)

De Decalogo.

19

hum, morte morietur. Exod. 13. ¶.

¶. & 35. ¶. 2.

Quot verò præcepta continet secunda Decalogi Tabula?

Septem posteriora, nimirum IV: V. VI. VII. VIII. IX. X.

QUARTUM PRÆCEPTUM.

Honorā Patrem tuum & Matrem tuam, ut sis longævus super terram.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEUM timere & diligere, ne parentes & Dominos nostros contemnamus, neque ad iram provocemus: sed honore eos afficiamus, illis serviamus, morem geramus, amore eos prosequamur, & magnifaciamus.

Qui sit, quod nec hujus præcepti verba singula recites, sicut à Mose fuerunt promulgata, Exod. 20. ¶. 11.

Quia

Regi nyomtatványok
 (304.5.1.) Martin

Quia verba illa : Super terram, quam Jehova Deus tuus dabit tibi: respiciunt promissionem terræ Canaan, & hactenus s̄olos Judæos concernunt. Quo fine nec ab Apostolo Paullo enumerata sunt, Ephes. 6. v. 3.

Ecquos intelligis hic nomine

Parentum

Per parentes intelliguntur omnes superiores, quos Deus regendis & defendendis aliis præfecit: Quales sunt:

1. Parentes nostri naturales.
2. Tutores & curatores pupillorū.
3. Ecclesiæ Ministri & Pastores.
4. Professores & Præceptores.
5. Magistratus politici, eorumque
6. Paterfamilias. (officiales,
7. Majores & seniores.

Quos intelligis nomine liberorum?

Omnis inferiores, quos regendos, ac defendendos Deus alijs subjecit: quales sunt.

1. Li-

1. Liberi.
2. Pupilli.
3. Auditores verbi divini.
4. Discipuli.
5. Subditi.
6. Servi & domestici.
7. Juniores.

Quid ergò parentibus & superioribus quibusvis in hoc præcepto præcipitur?

Ut paternâ curâ amore & affectu inferiores quosvis prosequantur, illos alant, defendant, in Domino fideliter instituant, & in ipsis fidei ac vitæ exemplo prælueant.

Quid liberis & inferioribus quibusvis præcipitur?

Ut parentes & Dominos superiores quosvis debito honore reverenter afficiant, illis cum timore & simplicitate inserviant, morem gerant, eos non contemniant, ad iram non com-

mo-

moveant, sed amore prosequantur & magnificiant.

Sed annè superioribus quibusvis promiscue obtemperandum in omnibus?

In omnibus obtemperandum, quæ non pugnant contra Deum & charitatem proximi. Si enim quid contra mandatum DEI præcipiunt, Deo magis obediendum est, quam hominibus. Actor. 5. v. 29.

Quæ est promissio specialis huic præcepto annexa?

Ut benè sit tibi, & longævus sis super terram. Eph: 6. v. 3.

Cum vero promissionem hanc specialiter Deus eidem addidit?

Ut 1. singulari hoc præmio ad observationem ejus magis nos exsuscitaret.

Ut 2. quanti parentum honorem ficeret, publicè testaretur.

Ut 3. quam necessaria sit hujus præcepti obedientia, ostenderet.

Quæ

Regi Nyomtatványok
(304.151)

Martin

Quæ est comminatio & poena specialis hujus præcepti?

Maledictus non honorans Patrem. Deut: 27. v. 16. Qui patri aut Matri maledixerit, morte moriatur. Exod: 21. v. 15. Levit: 20. v. 9.

QUINTUM PRÆCEPTUM.

Non occides.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Deberimus DEUM timere & diligere, ne vitæ proximi nostri incommodemus, aut ægræ faciamus: sed illum adjuvemus & promoveamus in omnibus vitæ necessitatibus.

Quid significat in hoc præcepto, occidere?

Significat nocere vitæ ac saluti proximi nostri.

Vel 1. Interioribus animi affectibus, ut pura irâ, odio, invidia, vindictæ cupiditate.

Vel 2.

24 Epitome Catechetica

Vel 2. Gestu externo vultus indecoro :

Vel 3. Linguae convitiis ac maledictis:

Vel 4. Opere quocunq; externo;
Quid igitur in hoc præcepto prohibetur?

Ne vitæ proximi nostri, quocunque modo incommodemus, aut ægre faciamus & lædamus, vel per nos ipsos, vel per alios.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut humanitate & benevolentia nostra proximum adjuvemus, & promoveamus, in omnibus vitæ & corporis necessitatibus ac periculis.

Quæ est promissio hujus præcepti?

Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur : Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur :

Beati

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.)

De Decalogo:

25

Beati mites, quoniam hæreditabunt terram, Matth. 5. ¶. 7.

Quæ est comminatio & pœna hujus præcepti?

Quicunq; sanguinem humanum effunderit ejus sanguis vicissim effundetur, Gen. 9. ¶. 6. Qui gladium acceperit, gladio peribit, Matt. 26. ¶. 56. &c. Quisquis fratri suo irascitur temere obnoxius est iudicio, Matth. 5. ¶. 22.

SEXTUM PRÆCEPTUM.
Non mœchaberis.

Quæ est hujus præcepti sententia?
Debemus Deum timere & diligere, ut castè & pudicè vivamus, in verbis ac operibus, & unus quisque suam conjugem amet & honoret.

Quid significat mœchari?

Significat illicitum extra legitimum conjugiū Veneris usum sectari,

B

vel

26 Epitome Catechetica

vel interiori animi affectu inordinatio-
to : vel 2. gestu externo lascivo : vel
3. sermonis externi spuria : vel 4.
opere externo, fornicatione, scortati-
one, adulterio, incestu, raptu, sodo-
mia, &c.

Quid ergo in hoc præcepto
prohibetur?

Ne illicitis concupiscentiae illeco-
bris ac vagis libidinibus Veneres, ani-
mum, ac corpus quovis modo conta-
minemus, ac conspurcemus.

Quid verò in eodem nobis
præcipitur?

Ut castè & pudicè vivamus in men-
te, verbis ac operibus, & unusquisque
quam conjugem amet & honoret.

Quæ est promissio hujus
Præcepti?

Qui ad proximi uxorem non ac-
cesserit, vita vivet, Ezech. 18. ¶. 69.

Quæ

Regj nyomtatványok, Martin
(304. 15. 1)

De Decalogo.

27

Quæ est comminatio & poena hujus
Præcepti?

Scortatores & adulteros judicabitis
Dominus. Hebr. 13. ¶. 4. Neque
scortatores neq; mœchi, neq; masculo-
rum concubitores, regni Dei her-
reditatem possidebunt, 1. Cor. 6. ¶. 9.
Gal. 5. ¶. 21.

SEPTIMUM PRÆCEPTUM.

Non furtum facies.

Quæ est hujus præcepti Sententia?

Debemus DEUM timere & diligere,
ne proximo pecuniam aut bona
sua auferamus, neque falsis mercibus
aut imposturis ad nos perrahamus,
sed debemus operam sedulè, ut bona
ipsius conserventur, & ejus conditio
melior reddatur.

B 2

Quid

Quid significat furari?

Significat facultatibus proximi infidari, easque ad se pertrahere, vel 1. Interiori cordis concupiscentia, vel 2. Exteriori oculorum cupiditate; vel 3. factio extero illicita scilicet rerum per imposturas, & exactiones varias, acquisitione: clandestaria aut violenta surreptione: iniqua itidem possessio ne & in ista communicatione.

Quid ergo in hoc Præcepto prohibetur?

Ne pecuniam, facultates, aut bona proximo nostro auferamus, neq; falsis mercibus aut imposturis variis, sub quocunq; prætextu, ad nos pertrahamus, & inique possideamus.

Quid vero in eodem nobis præcipitur?

Ut demus operam, quod proximi opes conserventur, ejusque conditio quantum fieri possit, melior a nobis reddatur.

Quis

Regi Nyontavelyok, Martin
(304.15.1)

Quæ est poena furti?

In Veteri quidem Testamento erat restitutio, vel quadrupli, vel quintupli, nonnunquam vero septupli, Provi 6. v. 81. pro delecti qualitate. Hodie vero capitali suspendii supplicio (consideratis certis quibusdam circumstantiis) è constitutionibus Imp. afficitur.

OCTAVUM PRÆCEPTUM.

Non loqueris falsum Testimonium adverius proximum tuum.

Quæ est hujus præcepti Sententia?

Debemus DEUM timere & diligere, ne Proximum falsis mendaciis involvamus, prodamus, traducamus, aut infamia aliquā afficiamus: sed illum excusemus, aliquid boni de eo lo-

B 3

qua-

quamur, & omnia in meliorem partem accipiamus & interpretetur.

Quid significat loqui falsum testimonium?

Significat sive clam, sive aperte suspicari, dicere, aut testari, quod honesto cuiusvis nomini, existimationi famae ac personae quoquomodo derogat.

Quid in hoc precepto nobis prohibetur?

Ne proximum falsis mendaciis involvamus, prodamus, traducamus, infamia aliqua afficiamus, vel temere aut indista causa condemnemus.

Quid vero in eodem precepitur?

Ut proximum contra mendacia & obtrectationes aliorum excusemus, bene de eo sentiamus & loquamur, omnia in meliorem partem accipiamus

Regi nyomtatványok, Martin
(304.19.1.)

mus & interpretetur: inq; omnibus negotiis nostris, veritatem constanter sectemur.

Quæ est promissio hujus præcepti?

Qui loquitur veritatem in corde suo, & non detrahit lingua sua, habitabit in tabernaculo Domini, Psalmi 35. v. 3.

Quæ est ejus poena?

Abominatio sunt labia mendacia Domino, Prov. 12. v. 23. qui perdet loquentes mendacium, Ps. 5. v. 7.

NONUM PRÆCEPTUM.

Non concupisces Dominum proximi tui.

Quæ est hujus Præcepti Sententia?

Debemus DEUM timere & diligere,

Epitome Catechetica

32
re, ne hæreditatem vel domum proxi-
mi nostri dolo malo captemus, aut
sub specie juris & recti facultatibus
nostris adjungamus, sed potius eum,
ut suas fortunas integras retineat,
juvemus.

Quid intelligis per Domum
proximi?

Non ædificia & habitationem tan-
tum proximi, sed & quamvis ejusdem
hæreditatem quam possidet.

Quid significat concupiscere
Domum?

Significat interiori cordis affectu
pravo, & inclinatione inordinata,
eaquæ alterius sunt, desiderare.

Quid ergo in hoc præcepto nobis
prohibetur?

Ne quacunque hæreditatem vel
domum proximi nostri dolo malo
captemus, aut sub specie juris & recti,
iniqui facultatibus nostris adjungamus.

Quid

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

De Decalogo.

Quid verò in eodem nobis præci-
pitur?

Ut proximum, quò fortunas & os-
pes suas integras retineat, quantum
possimus, juvemus.

DECIMUM PRÆCEPTUM.

Non desiderabis uxorem
proximi tui, non servum,
non ancillam, non bovem,
non asinum, nec omnia,
quæ illius sunt.

Quæ est hujus præcepti Sen-
tentia?

Debemus DEUM timere & dilige-
re, ne proximo uxorem, servos, an-
cillas vel pecudes suas abalienemus
aut abstrahamus: sed illos adhortem-
ur

B5

mur,

Regi Nyontatokyo. Martin
(304.15.1)

34 Epitome Catechetica

mur, ut maneant, & suum officium diligenter faciant.

Quid in hoc præcepto nobis prohibetur?

Ne proximo uxori, servos ancillas, vel pecudes abalienemus aut abstrahamus.

Ergo ne tantum uxoris, servorum, ancillarum & pecudum concupiscentia hic prohibetur:

Non, sed quia homines ardentius ferè & fraudulentius hæc concupiscunt, idè speciatim exprimuntur: Reliqua vero omnia generali interdicto prohibentur, quod Dominus immediate his verbis subicit. n. e quicquam eorum, quæ sunt proximi tui.

Deut. 5. v. 12.

Cum verò concupiscentia hic denuò prohibetur sunt ne distincta præcepta de domo, & de uxore proximi:

Omni-

De Decalogo:

Omnino. Quia 1. ipsi Deo duplice prohibitione distinguere hunc in modum placuit.

Quia 2. diversitas objectorum cum duplice prohibitione diversa etiam præcepta arguit.

Quia 3. cœcitas rationis humanae in agnoscendo concupiscentiae peccato, duplice interdicto opus habuit.

Quid porro in hoc præcepto nobis præcipitur?

Ut uxorem, servos & ancillas proximi adhortemur & urgeamus, ut in officio maneant, & suum officium diligenter faciant.

Quæ poena & comminatio est huius & precedentis præcepti?

Concupiscentia quando concepit, parit peccatum: peccatum verò mortem, Jacob. 1. v. 15.

B6

Quid.

**Quid summatim dicit DEUS de
Præceptis omnibus?**

**Sic dicit: Ego sum Do-
minus DEUS tuus, fortis,
zelotes, visitans iniquita-
tem patrum in filios, in
tertiam & quartam gene-
rationem eorum, qui ode-
runt me? & faciens mis-
ericordiam in millia, his,
qui diligunt me & custo-
diunt Præcepta mea, Exod:
20. ¶ 5. 6. Deut: 5. ¶ 9. 10.**

**Quæ est horum verborum
Sententia?**

**Deus minatur penam omnibus, qui
illa Præcepta transgreduntur & vio-
lant.**

Regi nyontatnejyok, Martin
(304.1511)

Iant. Debemus igitur expavescere, &
timere iram DEI, & nihil contra hu-
jus modi præcepta facere. Promittit
verò gratiā & omnia bona, omnis
qui mandata eius observant. Merito
igitur debemus DEUM timere diligere,
& illi confidere & secundum præ-
cepta ejus omnem nostram vitam
sedulò ac diligenter instituere.

Qui sit, quod hæc verba à D. Luthero
ad calcem præceptorum Decalogi as-
signantur, cùm tamen Deus ea ipsa
verbis primi præcepti de sculptilibus
immediatè subjecerit;

Fit hoc ideo: Quia 1. generali
rationem continent, cur omnibus
præceptis Dei obediendum: nempe,
quia legislator est Dominus Deus no-
ster; vid: Levit: 25 ¶ 2.

Quia 2. generali continent comi-
minationem, adversus transgressores

38 Epitome Catechetica

non tantum primi, sed etiam omnium
reliquorum præceptorum Decalogi.

Quia 3. continent generalem pro-
missionem erga omnes, qui mandata
eius non tantum in primo, sed in o-
mnibus reliquis præceptis servant.

Licuit ne hoc D. LUTHERO facere?

Quid ni? quia 1. neq; Moyses in
repetitione Decalogi, Deut 5. v. 21.
nonum & decimum Præceptum eo-
dem ordine & iisdem verbis, sicut in
Exod 20. v. 27. commemorat.

Neq; 2 Christus, neq; Paulus acti-
beian in numeratione præceptorum
observant; ille enim octavum præ-
posuit quarto, Matth 19. v. 18 19.
Hic vero sextum præposuit quinto,
Rom 13. v. 6. Non igitur ordo præ-
ceptorum, sed observatio eorundem
præcisè attendenda.

De.

Regi nyomtatvethjuk, Martin
(304.19.1.)

De Decalogo.

39

De Impletione Legis.

Anne verò operibus nostris legem Dei
perfectè implere possumus?

Non possumus: Bona enim no-
stra opera sunt imperfectè bona, quia
miseri peccatores sumus, & volenti-
bus bonum facere, semper adiacer-
malum, Rom. 7. v. 21.

Ergo etiam renati non possunt
implere legem Dei?

Non possunt: Quia 1. non est ho-
mo iustus super terram qui faciat bo-
num & non peccat. Eccles. 7. v. 22.
2. Regum. 8. 46

Quia 2. lex est spiritualis renati
autem sunt carnales. Rom 7. v. 14.

Quia 2. ipsi renati cum Paulo faten-
tur se imperfectos, Phil. 2. v. 12,
in carne sua non habitare bonum,
Rom. 7. v. 18. & cum Johanne. Si
dixer-

40 Epitome Catechetica

dicimus peccatum non habeamus,
nos ipos ledicimus & veritas in no-
bis non est. Joh. i v 8

Quis ergo Legem & Præcepta
Decalogi implevit?

Christus JESUS, DEI & MARIE
Filius: Is enim perfectè Sanctius &
Iustus est & Lei pro nobis perfectè
Iustus fecit. Cujus impletio imputatur
credentibus verâ fide ad Iustitiam æ-
quæ, ac si ipsi eam præstitissent, Rom.
10 v 4.

De Usu Legis.

Quod si igitur Lex à nemine impleri
potest quis est usus præcepto-
rum Decalogi?

Potissimum triplex. 1. Coercent,
externâ disciplinâ non renatos, ne
anteriori delicta committant.

2. Offen-

Regj nyontatvejyok, Martin
(304. 311)

de Decalogo:

41

2. Ostendunt peccata ac revelant
iram Dei adversus peccata, ut inde
excitati quæramus remissionem pec-
catorum, & consolationem adversus
iram Dei & mortem æternam, in
Christo Iesu Salvatore nostro.

3. Docent, quæ sint bona opera,
à credentibus & renatis præstanta ad
obedientiam & gratitudinem suam,
erga misericordem Patrem in cœli
demonstrandam.

De Peccato.

Cum igitur lex ostendat & argueret
peccata,

Quid est Peccatum?

Peccatum est aberratio à norma
legis divinæ, graviter DEUM offen-
dens, & ad severam vindictam pro-
vocans.

Quæ

42 Epitome Catechetica

Quænam est causa peccati?

Causa peccati primaria est ipse Diabolus, qui sponte suâ se à Deo primum avertit, & ab initio peccavit. I. Joh. 3.

Altera est perversa hominis voluntas, Rom 8 v. 12 quæ liberè diaboli fraudibus fascinata, 2. Cor. 4 v. 4. pravis concupiscentiis obsequium praestat. Jacob. 1. v. 14.

Quotuplex est peccatum?

Duplex: Originale & actuale.

Qu id est peccatum originale?

Peccatum originale est intima depravatio totius naturæ humanæ concreata justitiâ ac integritate spoliata & ad malum pronæ, propagata per carnalem generationem ab Adamo in omnes homines obnoxios reddens omnes temporalibus ac æternis poenitatis; qui non per Spiritum Sanctum renascuntur.

Proba

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

De Decalogo.

43

Proba peccatum originis & esse in omnes posteros propagari?

Probatur inter alia indubitatis his scripturæ testimoniis: Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu, non potest introire in regnum cœlorum. Quod enim natum est ex carne, caro est, Joh 3 v. 5. 6.

Per unum hominem peccatum in mundum introiit, & per peccatum mors. & ita in omnes homines mors pertransivit, Rom. 5. v. 12.

Eramus omnes naturâ filii iræ, sicut & cæteri, Eph. 2. v. 3.

In iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea, Psalm. 51. v. 7.

Quis mundum dabit de immundo? Job. 14. v. 4.

Estnè peccatum originis ipsa hominis corrupti substantia & natura, an vero accidens in natura humana hærens?

Non

44 Epitome Catechetica

Non est ipsa substantia : sed acci-
dens est sive adventitia qualitas ipsi
naturae inherens. Quia disertè Aposto-
lus dicit : peccatum in me habitat :
Malum quod MIHI ADIACET. Rom:
7. v. 17. 20. 21.

Quid est Peccatum actualis ?
Est omne vel factum vel dictum,
vel cogitatum, vel conceptum contra
legem Dei, quo malum committitur,
vel bonum omittitur.

De Pœnitentia.

Quomodo ex ostensione peccatorum
iram Dei agnoscimus, & remissio-
nem peccatorum inquirimus ?

Seria cordis pœnitentia seu vera ad
Deum conversione.

Quid est Pœnitentia ?
Pœnitentia est conversio hominis
peccatoris ad Deum dolens peccata-

ex di-

Regi nyontatványok, Martin
(304. 15. 1.)

De Decalogo.

45

ex divina lege agnita & apprehen-
dentis fide Chulti incrimin.

Quot sunt partes pœnitentiae ?
Due : Contritio & Fides.

Quid est Contritio ?

Contritio est cordis seria ac vera
tristitia, propter agnita ex lege divi-
na peccata, iram Dei ultissimas pœ-
nas expavescentes & dolentes.

Quid est Fides ?

Fides est, ex agnitione divini verbi
veritate per Spiritum Sanctum fiduci-
alis apprehensio divinæ gratiae seu
misericordiæ per Christum ; in pro-
missione Evangelicâ fundata.

Annon & nova obedientia est
pars pœnitentiae ?

Propriè loquendo non est pars sed
est eius pœnitentiae. Quia dilectè fru-
etus appellatur pœnitentiae, Matth: 3.
v. 8. Luc: 3. v. 8. Actor: 26. v. 20.
adocq; ipsa conversione est posterior;

De

46 Epitome Catechetica



De bonis Operibus.

Cum tertius præceptorum Decalogi
us sit, docere quæ sint bona ope-
ra à credentibus & renatis
præstanta.

Quero, quid sint bona Opera ?
Bona opera sunt actiones quæ sunt à
renatis, per Spiritum Sanctum ex vera
fide, secundum mandatum & legem
Dei; ad solius Dei gloriam & debitam
nolstram gratitudinem declarandam.

Possuntne renati bona opera purè & perfectè
bona absq; ulla vitiis labo præstare ?

Non possunt. Quia enim renovatio
in hac vita est inchoata & imperfecta,
sit etiam ut renati edant opera bona,
imperfecte bona carniliq; vitiis con-
taminata.

Quomodo verò hæc renatorum opera
imperfecta Deo placent?

Placent, 1. quia persona fide Deo

De Decalogo.

47

reconciliatæ placent. Et 2. quia ma-
culæ corundem obteguntur velapime
perfectionis absolutissimæ Christi
mediatoris.

An igitur & cur bona opera renatis
sunt necessaria?

Necessaria sunt 1. Dei causâ : ut
mandato ac voluntati Dei debitam,
obedientiam præstamus, Matth. 5.
¶. 6. Rom. 7 v. 12.

2. Nostri causâ ; ut fidem nostram
iisdem coram hominibus declaremus,
Matth. 7 v. 18 Jacob. 2. v. 17.

3. Proximi causâ ; ut iisdem eun-
dem juvemus, sublevemus & edifice-
mus, 2. Cor. 4. v. 15.

Annon ergo necessaria sunt ad iustifi-
cam & salutem nostram coram Deo
promerendam?

Minimè. Iustificamur enim & sal-
vatim gratis sola fide in Christum
Iesum, Roman. 3. v. 28, Arbitramur
justi-

Epitome Catechetica

48 justificari hominem per fidem sine
Opribus legis.

Ephes. 2. v. 8 Cratia estis salvati
per fidem & hoc non ex vobis. Dei
enim donum est, NON EX OMNIA,
ne quis glorietur.

Sed annè ad iustitiam & salutem
conservandam sunt necessaria

Ne hoc quidem. In virtute enim
Dei custodimur PER FIDEM in salu-
tem, 1. Petr. 1. v. 5.



DE SYMBOLO
APOSTOLICO.

Quodnam est alterum doctrinæ Cate-
cheticæ Caput?

Symbolum Apostolicum.

Quid est Symbolum Apostolicum?
Est brevis & summaria comprehen-
sio articulorum Christianæ fidei & re-
ligio-

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

De Symbolo Apostolico.

ligionis quâ Ecclesia ejusque membra
se ab aliis sectis discernunt

Cur dicitur Symbolum?

Quia publica hæc fidei professio
est indubitate nota, quâ Christiani
agnoscuntur; & ab Ecclesiæ hostibus
discernuntur.

Cur dicitur Apostolicum?

Quia r. vel summam doctrinæ Ap-
ostolicæ continet, eidemq; tanquam
firmissimo fundamento inititur.

Vel quia Apostoli illud conesserunt
& per manus quasi Ecclesiæ tradiderunt

(Dicitur alias Catholicum, quia
omnium Christianorum in toto orbe
dispersorum est una fides.)

Unde vero doctrina hæc Symboli Apo-
stolici desumpta est?

Ex Evangelio.

Quid est Evangelium?

Evangelium est doctrina divina de
gratuita peccatorum remissione, per
fidem Jesu Christi ad vitam æternam.

C Reci-

Recita nunc verba Symboli
Apostolici?

1. Credo in DEUM PATERM, omnipotentem, creatorem Cœli & terræ.
2. Et in JESUM CHRISTUM, Filium ejus unicum, Dominum nostrum.
3. Qui conceptus est de Spiritu Sancto; natus ex MARIA Virgine.
4. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus: descendit ad inferos.
5. Tertia die resurrexit à mortuis.

6. Ascen.

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.)

6. Ascendit ad Cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris.
7. Inde venturus est judicare vivos & mortuos.
8. Credo in SPIRITUM SANCTUM.
9. Sanctam Ecclesiam, Catholicam; Sanctorum communionem.
10. Remissionem peccatorum.
11. Carnis Resurrectionem.
12. Et Vitam Æternam, Amen.

Cz Quod

52 Epitome Catechetica

Quot sunt Articuli Symboli hujus
Apostolici ?

Sunt præcipue T R E S.

- I. De Creatione.
- II. De Redemptione.
- III. De Sanctificatione.

Quis est Iesus horum Articulorum ?
Ut discamus ex illis agnoscere Deum
noscum, qui & qualis sit in, essen-
tia sua, & quænam sit benefica ejus-
dem erga nos voluntas.

Quis igitur est Deus in
essentia sua ?

DEUS est essentia spiritualis, æter-
na, intelligens, verax, bona, justa, ca-
sta, misericors, benefica, liberrima,
immensa sapientiae & potentiae, alia
à creaturis omnibus, PATER æter-
nus, qui Filium suum imaginem suam
ab æterno genuit ; & FILIUS imago
Patris coæterna ; & SPIRITUS
Sanctus à Patre & Filio procedens,

Creator

Regi Dyematovskij Martini
(304. 19. 1.)

De Symbolo Apostolico?

53

Creator, Conservator, Redemptor
& sanctificator omnium.

Seu ?

Est Deus Pater, Deus Filius, Deus
Spiritus sanctus, Tres distinctæ perso-
næ, in una, æterna simplicissima &
indivisiibili essentia.

Suntne igitur tres Dii, quia mentio-
nem fecisti Dei Patris, Filii & Spi-
ritus Sancti ?

Minime. Unus est tantum Deus ;
qui se in tribus distinctis personis ma-
nifestavit. Et sic essentiâ unus, Tri-
nus in personis.

Proba Deum esse in essentia unum ?
Probatur his Scripturæ testimoniis.

Audi Israël, Dominus Deus tuus
Jehovah unus est, Deut: 6. v. 4.

Jehovah est Deus, & non est ultra
præter eum, Deut: 4. v. 35.

Nullus Deus alias, nisi unus, z.
Cor: 8. v. 4.

Cz

Unus

UNUS Deus, & Pater omnium, qui
est super omnia Eph: 4. ¶ 6.

Proba Deum esse in Personis Trinitatis.
Probatur 1. illustri revelatione singularum personarum Trinitatis, facta in baptismo Christi.

(Ubi Pater clamat de cœlo ?
Hic est Filius meus dilectus, Filius
stat in Jordane, & Baptizatus Spiritus S. visibili specie columbæ descendit, Matth: 3. ¶ 16. Joh: 1. ¶ 32.)

2. Formula administrationis baptizari jubentur in N O M I N E Patris & Filii & Spiritus Sancti Mat. 28. 10.

3. Quia T R E S personæ expressè nominantur. 1. Joh: 5. ¶ 7. T R E S sunt, qui testimonium perhibent In cœlo, P A T R I, Logos sive F I L I U S & S P I R I T U S S A N C T U S, & hi tres U N U M sunt.

Quid verò In hoc mysterio est Persona?
Persona est subsistens individuum,

vivum

Regi Nyenreweijck. Martini
(304.151)

vivum, intelligens, incommunicabile, non sustentatum ab alio.

Quis est Deus Pater?

Est Prima persona divinitatis, quæ ab æterno genuit filium imaginé sui, creans; conservans & gubernans omnia.

Quis est Deus Filius?

Est secunda persona divinitatis ab æterno à Patre genita; quæ assumpta humana carne, Christus redemptor & mediator noster facta est.

Quis est Deus Spiritus sanctus?

Est tertia persona divinitatis, ab æterno à Patre & Filio procedens: regenerans & sanctificans nos per verbum & sacramenta.

Cur verò alia sit persona Patris/ alia Filii, alia Spiritus sancti: quæ ratione

Personæ à se in vicem differunt?

Duplici ratione differunt, tūm ad intra [sive internè] tūm ad extra [sive externè].

Quā voces differentiam ad intra :

Quā personæ inter se distingvuntur circa creaturam respectum, proprietatibus hypostaticis seu personalibus.

Quānam sunt istæ proprietates hypostaticæ ?

Patris proprietas hypostatica est, à nullo esse, sive ingenitum esse,

Filii à Patre genitum esse.

Spiritus Sancti, à Patre & Filio ab æterno procedere.

Quā voces differentiam ad extra :

Quā personæ distingvuntur externis proprietatibus, beneficiorum & præcipuorum operum erga creaturas, in primis vero erga Ecclesiam.

Quānam sunt istæ proprietates externæ ?

Patris est creatio. Filii redemptio : Spiritus S. sanctificatio & regeneratio.

Sub-

Reg. nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

Subjice unus breviter, quæ sit beneficā voluntas Dei ?

Quòd nobis peccata nostra [gratuitò propter Christum] vult condonare & misericors, noster Pater esse & manere.

Ubi voluntas Dei nobis revelata est ?

In cœlesti iphius verbo, Ut : Ezech. 33 v. II. Vivo ego, nolo mortem Peccatoris, sed ut convertatur & vivat.

Joh. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui crediderit in eum non pereat : sed vitam æternā habeat.

2. Timoth. 2. v. 4. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

2. Pet. 3. v. 9. Deus non vult ULLOS perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti

C 5 quid

Quid verò isthæc notitia essentiaæ ac voluntatis divinæ nobis prodeat?
Ut veram exinde fidem percipi-
amus, & perfidem salutem æternam
consequamur.

Primus Articulus, de
C R E A T I O N E.

Credo in Deum Patrem
omnipotentem, creatorem
cœli & terræ

Quid significat in hoc articulo
C R E D E R E ?

Credere non tantum est scire
assentiri iis, quæ in articulis fidei &
Evangelio proponuntur: verum etiā
in primis indubitate cordis fiducia
iisdem aquiescere.

Quid significat N Deum credere?
Credere in Deum est certa cordis
fiduciæ statuere Deum Patrem Domini

Regi nyomatványok, Martin
(304.15.1)

ni nostri Jesu Christi esse verum uni-
cum & vivum Deum, eundemq; mihi
etiam esse patrem, protectorem & de-
fensorem, per & propter Christum,
in quo me sibi filium adoptavit.

Cur appellas Deum P A T R E M ?

1. Respectu Filii unigeniti, quem ex
se ipso ab æterno genuit. 2. Respectu
nostri, quia i nos creavit 3. In dile-
cto Filio suo in filios adoptavit Et
3. paterno nos amore atq; cura, tam
quam pater filios suos, prosequitur,
deque nec nisi omnibus prospicit.

Cur addis, Omnipotentem crea-
torem cœli & terræ?

Ad demonstrandam infinitam Dei
majestatem & omni potentiam, sapi-
entiam, justitiam, bonitatem quæ in
ipso creationis opere clarissime o-
mnium manifestavit,

Dic nunc, quæ verborum, articuli
hujus Sententia?

C 6 Credo

Reg. nyomatvejnyok, Martin
 (304. 15. 1)

Credo, quod Deus me creavit unam cum omnibus creaturis. Quod corpus & animam, oculos, aures, membra, rationem & omnes sensus mihi dedit & adhuc sustentat.

Ad haec quod vestes & calceos, cibum ac potum, domum, uxorem, liberos, agros, jumenta, & omnia bona, cum omnibus vitae necessariis, copiose & quotidie largitur, me contra omnia pericula protegit, & ab omnibus malis liberat & custodit.

Et haec omnia ex merita sua paternâ ac divina bonitate & misericordia, sine ullis meis meritis aut ullâ dignitate.

Pro quibus omnibus illi gratias agere, pleno ore laudem tribuere, inservire & obsequi meritò debeo. Hoc certissime verum est.

Quænam beneficia in explicatione Catechetica hujus articuli enumerauntur;

Duo

Duo potissimum: 1. in genere de rerum omnium Creatione. 2. de Providentiâ, sive rerum creatarum conservatione.

(Hic explicandum & postea ex dicto quærendum: Quibus verbis enumerentur beneficia creationis? quibus verbis beneficia Providentiae? An promereamur illa? Quid pro illis vicissim debeamus?)

Quid significat Creare?

Creare, est aliquid ex nihilo solius verbi iussione, producere.

Unde probas: Hominem unam cum aliis creaturis, a Deo conditum:

Ex ipsa historia creationis, ubi expressis verbis dicitur: Creavit Deus Hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum, Masculum & Fœminam creavit illos, Gen. I. v. 27. Conf. Gen. 5. v. 1

C 7

quæ-

62 Epitome Catechetica

Quænam & qualis est illa imago Dei ?
Est illud nil, quam J U S T I T I A
& S A N C T I T A S vera, in qua pri-
mus homo conditus erat. Ephe. 4. v.
24. consistens in summâ totius homi-
nis perfectione omnium animæ & cor-
poris virium & similitudine, integritate,
puritate ac cum lege, divina con-
formitate.

Fuitne hæc imago Dei, ab Adamo in po-
nētis propagata ?

Minimè, sed per lapsum ejusdem
amissa, & horribili depravatione cor-
rupta est.

Nulla verò ratione in nobis restauratur ?
Restauratur in hac vitâ inchoative
reparatione Christi atq; innovatione
vitæ per Spiritum sanctum: in futurâ
autem vita in electis persicetur con-
summative.

Cur subjicitur explicationi hujus & seqq;
articulorum. Hoc certissimè verum est.

Ad testificandam fidei hujus no-
stra

Regi nyomtatványok. Márton
(304. 15. 1.)

de Symbolo Apostolico 63

stræ Plerophorian & immorāl cer-
titudinem, de qua non quicquam du-
bitare debemus. ■

Secundus Articulus, de
REDEMPTIONE.

Credo in JESUM Chri-
stum, Filium ejus unicum,
Dominum nostrum.

Qui conceptus est de
Spiritu Sancto, natus ex
Maria Virgine.

Passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus &
sepultus, descendit ad in-
feros.

Tertiâ die resurrexit à
mortuis.

Ascendit ad Cœlos, se-

det ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Quæ est horum verborum,
Sententia :

Credo ; quod Jesus Christus verus Deus à Patre ante secula genitus, idemq; verus homo, natus ex Maria Virgine, sit meus Dominus, qui me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, à morte & potestate Satanae liberavit ; non quidem anno & argento, sed suo sancto & pretioso Sangvine, suaq; immensitâ passione & morte : Ut ego essem ipius proprius, & in ipsius regno, sub ipso viverem, ac liberaliter servirem, in perpetuâ justitiâ & innocentia ; perinde ac ipse à morte surrexit, vivit & re-

Regi Nyontatwanyok Martini
(304 15 11)

& regnat in æternum. Hoc certissime verum est.

Quot membra continet hic articulus ejusdemq; explicatio ?

Duo potissimum : 1. De Persona Domini nostri IESU CHRISTI : 2. De officio Christi.

I. De Persona Christi.

Quinam articuli agunt spaciatum de Persona Christi ?

Duo priores : Et in Iesum Christum Filium ejus unigenitum, Dominum nostrum.

Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

Quis igitur est Jesus Christus ? Jesus CHRISTUS est secunda Persona Divinitatis, verus nempe Deus, ab æterno à Patre genitus, idemq; verus Homo, in tempore ex Maria Virgine natus, unicus humani generis Redemptor.

Sei⁹?

Est Dei & Mariæ Filius, verus Deus à Patre ab æterno genitus, verus item homo ex Maria virgine natus;
DOMINUS meus.

Quare appellatur JESUS?

Jesus hoc est: Salvator dicitur ab Angelo quia ipse populum suum salvaturus erat ab omnibus peccatis: Matth. i v. 21 [& quia non est in alio quoquam salus, nec aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo opereretur nos salvos fieri Act. 4, 21.]

Quare appellatur CHRISTUS?

Christus, hoc est, unctus dicitur, quia Spiritu Sancto in Prophetam Sacerdotem & Regem nostrum, præter mensuram unctus est. Joh. 3, 34. Act. 10, ¶ 38. Psal. 45, ¶ 8

Quomodo probas Christum esse verum DEUM?

Probo 1. Quia in scripturis expresse
&c ab-

Regi nyomatvonalok - Martini
(304-191)

& absolute vocatur Jehov. Jer. 23 ¶ 6
Esa. 45 ¶ 17. Hos. 1. ¶ 7. & Deus,
Joh. 20 v. 20. Rom 9. v. 5. Joh. 5. v. 10
Esa. 35 ¶ 4.

Quia 2. est & vocatur filius Dei proprius, Rom. 8. ¶ 23 & unigenitus Dei filius. Joh. 1. v. 18, & æternus Patris filius Psal. 2. v. 7.

Quia 3. Epitheta & attributa Dei essentialia eidem attribuuntur.

(Est enim æternus Proverb. 8, v 23.
Joh. 1. v. 1, immutabilis. Heb. 1. v 11.
omnipræsens Matth. 18, 20. & 28, 30.
omnipotens Matth. 11. v. 27 omni-
scius, Joh. 2. v. 25. bonus, misericors
verax, justus, &c. teste scripture pa-
ssim.)

Quia 4. effecta & opera merè divi-
na, propria virtute ad gloriam suam efficit, Joh. 1. 2. & 3. 19. Heb. 3. v. 10.

Quia 5. religiosus cultus adorationis
merè divinus ei tribuitur Conf. Psal:

70. v 5

68 Epitome Catechetica

97. v. 7. Heb: 1. v. 6. Rom: 4. v II.

Quæ & alia Christum verè propriè & naturā Deum esse, indubitate demonstrant.

Quomodo probas, Christum esse verum hominem?

Probo 1. Quia diserte, verè, & propriè appellatur Homo, Luc: 23 v. 47. 1. Timoth: 2. v. 5.

Quia 2. definitio hominisei competit.

Quia 3. essentiales hominis partes (anima nimirum rationalis & corpus) ei attribuuntur. Matth: 20. 28. & 27. v. 28. Acto: 26. v. 58. &c.

Et 4. propria earundem pathe sive affectiones.

[Quales sunt proficere sapientiā & ætate, contristari, lachrimari, turbari, fitire, esurire, defatigari, &c.]

Et 5. effecta atq; operationes humanæ!

[Quales sunt intelligere, velle, eliger, loqui, docere, edere, bibere, ire, quiescere, pati, mori, &c.]

Quæ

Regi nyomtatványok - Martin
(304.15.1)

de Symbolo Apostolico. 69

Quæ & alia Christum vere propriè & naturā hominem esse demonstrant
Quod si Christus est verus Deus & verus Homo, quot & quæ sunt in ipso naturæ?

Duae : Divina & Humana.
Annon verò etiam in Christo sunt duæ Personæ?

Nequaquam. Unus enim est Dominus Jesus Christus, 1. Cor: 8. v. 6. & una hujus persona, duæ vero ejusdem sunt distinctæ naturæ inter se invicem unitæ.

De Unione Personalis.

Quæ igitur & qualis est duarum harū in Christo naturarum unio?

Est unio personalis (quia in personatu logu facta; & in eadem ultraquæ natura subsistit.)

Quid est unio personalis?

Unio personalis est, veræ & perfectæ humanitatis ex substantiâ Mariæ virgi-

virginis matris in ipsam Filii Dei personam assumptio ut sit una theanthropos. (Deus & homo) absque naturarum confusione.

Factum est unio ista hypostatica absqueulla communicatione?

Absit: cum enim unio haec sit perfectissima, non tantum subsistit in multa ipsis, naturarum communicatione, tanquam propria sua forma, sed & ex eadem consequitur idemnaturae communicatione.

De Communicatione, IDIOMATUM.

Quid est communicatio Idiomatum?

Communicatio Idiomatum est (ex unione hypostatica orta) participatio proprium divinae & humanae naturae; facta in Christo theanthropo ab alterutra

Regi nyomatvejyok, Martin
(304.15.1)

terutra vel utraque natura simul denominatio.

Qualis est ista communicatio?

Est vera realis, adeoq; personalis; Qualis enim est unio, (iuxta Nazianzeni regulam) talis etiam est Idiomatum communicatio.

Etsne vero una eadem communicationis hujus Idiomatum ratio?

Non: sed tria sunt ejusdem distincta genera sive gradus. Quorum 1. dicitur communicatio proprietatum.

2. Communicatio maiestatis?

3. Communicatio apotelesmatum sive operationum officii.

Quondam est Primum Genus communicationis Idiomatum.

Quando propria naturarum communicantur personae in concreto, Sic dicitur, Deus est passus, Filius Dei natus est ex muliere, Gal. 4. v. 4. Filius Mariæ, est ante Abrahamum Joh: 8. v. 58. Christus universa condidit, Eph. 3. v. 9.

Quod

Quodnam est Secundum GENUS?
Quando divina majestas, gloria & potentia assignatur Christo, secundum humanam naturam, per & propter unionem hypostaticam. Sic dicitur, Caro Christi est vivifica, Joh. 6. Sanguis Christi emundat nos à peccato. Joh 1 v. 7. &c.

Quænam & qualis est ista majestas & gloria Christi donata?

Est verè diuinà, immensa & infinita, nimirum.

I. OMNIPOTENTIA.

[Matth. 28. v. 18. Data est mihi omnis potestas in cœlō & in terrâ.]

Matth. 11. v. 24. Omnia mihi data sunt à Patre.

Heb. 2. v. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus: in eo enim quod omnia ei subiecit, NIHIL omisit, quod ei subjectum non sit.)

2. OMNISCIENTIA.

(Col:

Regi nyomatvejyok. Martin
(304. 19. 1)

[Col. 2. v. 3. In Christo sunt absconditi omnes thesauri sapientiae & scientiae.]

Joh. 2. v. 25. Non opus erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Joh. 21. v. 17. Domine tu scis OMNIA. Conf. Esai. 11. v. 1.]

[Joh. 6. v. 51. Ego sum Panis vivificus. Si quis manducaveris de hoc pane, viveret in æternum. Et panis, quem ego dabo, CARO mea est Ibid: 54. Qui edit carnem meam & bibit Sangvinem meum, habet vitam æternam.]

Joh. 5. v. 26. Sicut pater habet vitam in se ipso, ita & filio dedit habere vitam in se ipso: Idque quia Filius hominis est: ibid: v. 27.]

4. Potestas remittendi peccata & judicium faciendi.

D

[Matth:

[Matth. 6. v. 9. Filius hominis habet potestatem remittendi peccata in terrâ.

Joh. 5. v. 27. Pater dedit potestatem Filio iudicium faciendi, quia Filius hominis est.

Acto. 17. v. 31. Deus statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in justitia, per virum per quem decrevit, post quam suscitavit eum de mortuis, Conf: Matth. 25. v. 31.)

5. CULTUS ADORATIONIS.

(Phil. 2. v. 19. Deus exaltavit Christum, ac donavit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu flectatur omne genu, Cœlestium, terrestrium & inferorum, omnisque lingua confiteatur, quod Dominus sit Jesus Christus in gloria Dei patris.

Heb. 1. v. 6. Adorent eum omnes Angeli Dei. Confer: Psalm: 72. v. 11. Apoc: 5. v. 12.

6. OMNI-

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

6. OMNIPRÆSENTIA &c.

Matth. 18. v. 20. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo Ego sum in medio eorum.

Matth. 28. v. 20. Ecce ego vobis cum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.

Eph. 4. v. 10. Ascendit Christus super omnes cœlos, ut impleret omnia. Confer, Eph. 1. v. 22. 20. 21.

At secundum quam naturam hæc ipsa divina maiestas Christo data? Data est Christo secundum humanam naturam.

Illud ipsum demonstra?

Demostrō tritâ hac & inconcussâ ratione orthodoxæ antiquitatis regulâ: Quæcunq; scripturâ dicit Christo data esse in tempore, illa de Christo non secundum Deitatem, sed secundum assumptam humanitatem intelligenda sunt, Athanasius, Cyrillus, Theodo-

rus, Basilius, &c.

**Quodnam est TERTIUM GENUS
communicationis idiomatum?**

**Quando Actiones officii tribuuntur
Christo non secundum unam tantum,
sed secundum utramque naturam. Sic
Christus dicitur noster mediator, Pro-
pheta, Sacerdos, Redemotor, Salvator,
Rex, Dominus, &c.**

Una igitur & eadem est utramque naturae,
in actionibus his officii, ratio?

Non. sed juxta Regulam Concili-
Calcedonensis. Ultraque natura in Chri-
sto agit cum communicatione alterius.
quod cuiusque proprium est.

Si igitur Christus actiones officii se-
cundum utramque naturam perficit, ergo
ne etiam secundum utramque naturam
Mediator noster erit?

Omnino secundum utramque divi-
nam & humanam naturam: quia dis-
sertis id ipsum scriptura testimoniis
comprobatur.

Cedo

Regi Nyengetvanyok, Martin
(304.15.1)

Cedo testimonia aliqua, quibus pro-
bes, Christum esse Mediatorem secun-
dum divinam naturam?

**Gal. 4. v. 6. Misit Deus FILIUM
Suum natum ex muliere, factum sub
lege, ut qui sub lege essent redimeret.**

**I. Joh. 3. v. 8. In hoc apparuit FI-
LIUS DEI, ut dissolvat opera Diaboli.
[Confer Rom. 5: 10. & v. 8. 31. 2. Cor.
5. v. 19. Jerem. 36 6. & 33. 16. Esa. 35. v.
4. Ose. 1. v. 7. Acto. 19. v. 28.**

Profer testimonia Christum esse Mediatorem
nostrum secundum humanam naturam?

**Gen. 3. v. 15. SEMEN MULIERIS
conteret caput serpentis, Luc. 9. v. 56.
Filius Hominis non venit animas
perdere, sed salvare.**

**1. Tim. 2. v. 5. Unus Deus, unus & Me-
diator Dei & hominum **HOMO** Chri-
stus IESUS, qui dedit semetipsum præ-
mium redemptionis pro omnibus.**

Confer Heb. 2. v. 14. Heb. 4. 15. &c.

D 3

De Of.

II. De Officio Christi.

Quodnam est Officium Christi ?
Officium Christi est, nos à peccatis no-
stris liberare: Cœlesti suo Patri recon-
ciliare, nos regere tueri & tandem æ-
ternum salvare.

Quotuplex est illud Officium Christi :
Triplex: Propheticum, Sacerdo-
tale & Regium.

Quodnam est officium Christi Prophe-
ticum ?

Est quo Christus nobis cœlestis sui
Patris Voluntatem revelat, & nos ad
Salutis viam informat.

Quodnam est officium Christi Sacerdotale ?

Est: quo perfectissimam legi divinæ
obedientiam præstítit, se ipsum pro
totius mundi peccatis, hostiam obtu-
lit, & perpetuo pro nobis apud Pat-
rem Cœlestem intercedit.

Quodnam est officium Christi Regium ?
Est, quo omnia in cœlo & in Terra
poten-

Regi Nyentatveljok, Martin
(304.15.1)

potenter gubernat, in primis verò Ec-
clesiam suam regit ac defendit.

Quotuplex est Regnum Christi :

1. Regnum potentiae. (Ge-
nerale Dominium super omnes creatu-
ras in Cœlo & in Terra.)

2. Regnum Gratiae. [Specialis ope-
ratio misericordiae & gratiae in Ec-
clesia.]

3. Regnum gloriæ. (Plenaria Cœ-
lestis Certitudinis possessio, ubi Chri-
stus electos resuscitatos Cœlesti gloriæ
coronabit, ut in æternum cum ipso
vivant & regnent.)

Quale est Regnum Christi ?

Non est mundanum, Joh. 19 v. 36:
sed Spirituale quia virtute verbi in hac
vitâ perficitur, 2 Corint. 10. v. 4 5.] &
æternum: (quia regni ejus non erit
finis. Luc. 1. v. 33 Dan. 2. v. 44.)

De Statu Exinanitionis.

80 Epitome Catechetica

Annè Christus hoc suum Officium pa-
ri semper modo administravit?

Non: Symbolum namq; Aposto-
licum è scriptura meminit duorum di-
stinctorum Statuum, Exinanitionis &
Exaltationis:

Quinam est status Exinanitionis?

Est visibilis Christi in his terris con-
versatio, quia Divinâ sese Majestate
secundum humanitatem abdicavit, &
formâ servi assumptâ obediens factus
est, usq; ad mortem crucis, Phil. 2. 6. 7.

Quibus Symboli Apostolici verbis
status Exinanitionis exprimitur?

Hic præcipue: Passus sub Pontio
Pilato, crucifixus, mortu*, & sepult*.

Cur Christus passus, crucifixus &
mortuus est?

Ut sancto suo ac prætioso sangvi-
ne, suaq; immeritâ passione & morte
perditum ac damnatum hominem re-
dimiret, & ab omnibus peccatis, à
mort-

Regi nyomatwonyok, Martin
(304.15.1)

De Symbolo Apostolico.

morte, potestate Satanæ, & damna-
tione æterna, liberaret.

Cur vero redemit & liberavit?

Ut ego essem ipsius proprius, & in
regno ipsius sub ipso viverem, ac in
vera fidei justitia & morum innocen-
tia, ipsi perpetuò inservirem.

Cur sepultus est?

1. Ut verè ipsum mortuum esse con-
staret: 2 ut nostra sepulchra in dormi-
toria consecraret, ad subsecuturam re-
surrectionem vitæ.

Cur descendit ad inferos?

Ut inferis se victorem diaboli, in i-
fernî, omniumq; hostium infernaliū,
demonstraret, de iisdemq; potentissi-
mè triumpharet, Ose. 13. v. 14. 1. Cor.
15. v. 55 Ephe. 4. v. 10.

Quinam est status Exaltationis?

In quem Christus à mortuis resul-
citatus, per ascensionem suam in
Cœlos ad dexteram majestatis Dei
ejectus regit & gubernat omnia in

D 5 cœlo

cœlo & in terra, Matt. 16. v. 19. Luc. 22. v. 99. Actor. 1. v. 9. &c.

Quibus verbis Symboli Apostolici status Exaltationis exprimitur?

His: Tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Patris.

Inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Cur Christus tertia Die à mortuis resur-
rexit?

Ut 1. demonstraret, se pro peccatis
nostris satis fecisse, veramq; justitiam
nobis acquisivisse, Rom. 4. 25.

Ut 2. tandem & nostra corpora in
novissimo die resuscitaret, omniumq;
beneficiorum, regni & gloriæ suæ co-
heredes nos redderet, Joh. 11. 25. &
24. 3. 1. Cor. 15. 21. Rotm 8. 11.

Cur ascendit ad cœlos?
Ut ad dextram Patris federet & of-
ficium mediatoris & interpellatoris
pro nobis apud eundem obiceret, Rom.
3. v. 24.

vbi

Regi Nyemita Kanyok, Martin
(304.15.1)

Ubi & quale est illud cœlum, in
quod Christus ascendit?

Ubi & quale hoc cœlum sit quomo-
do corpus Domini in cœlo sit, curio-
sissimum & supervacaneum est qvære-
re, tantummodo in cœlo esse creden-
dum est. Aug. c. 6. de fid & symb: Ocu-
lus enim non vidit, auris non audivit,
neq; in cor hominis ascendit, Esai. 64.
v. 4. 1 Cor. 2. v. 9.

Quid intelligitur per dextram Dei
ad quam Christus consedit?

Intelligit Scriptura per eandem ali-
ud nil, quam æternam ac verè infi-
tam POTENTIAM ac MAESTATEM
DIVINAM per quam omnia operatur;
regit & implet.

Vide Psal. 77. 11 & 118 v. 16 Exod. 15.
6 Esa. 43. 13 unde etiam dicitur de-
xtram me estatis, Heb. 1. 3 & virtutis,
Mat. 26. v. 69.

Quid

Quid significat, sedere ad dextram
Dei?

Sedere ad dextram Dei nil aliud est,
quam infinitā ac æternā majestate &
virtute omnes creaturas & opera ma-
nūm Dei, potenter & gubernare ac
regere. Vi unionis personalis, & quæ
hanc secuta fuit, exaltationis. Plal 100
v. 1. 1. Cor. 1 15. v. 25. Ephes. 1. v. 21.

Secundum quam naturam Christus
exaltatus est ad dextram Dei?

Secundūm eam naturam secundūm
quam natus, passus crucifixus, & sepul-
tus, resurrexit, ad cœlos ascendit, &
exaltari potuit.

[Id enim series articulorum, de-
monstrat.]

Atqui secundūm assumptam huma-
nam naturam tantūm, hæc omnia &
singula Christo competunt.

Credin' igitur Jesum Christum red-
emptorem tuum, qui in cœlos as-
cendit

Regj nyomtatványok
(304.15.1) Mánih

cendit, tibi in terris præsen-
tem esse posse?

Omnino. Credo id ipsum toto cor-
de, quoniam Dominus meus Jesus
Christus verus Deus & homo, Domi-
nus super omnia mecum est juxta pro-
missionem suam, & cum omnibus cre-
dentibus. Idem meus etiam Dominus
& Rex est, qui sicut me liberavit, ita
me etiam regit ac tuetur, & tandem
aliquando cum omnibus credentibus,
in æternum suum regnum suscipiet.
At in Synbolo dicitur, INDE ventu-
rus est judicare vivos & mortuos:

Vocula INDE non denotat loca-
lem Ghristi in cœlo inclusionem, sed
indicat Christum Salvatorem nostrum
in forma visibili cœlo reversurum. Act.
1. v. 11. & cum gloriâ ac majestate sum-
mâ vivos ac mortuos judicaturum
esse Matt. 25. v. 31.

Credis igitur certò judicium vi-
vorum

vorum & mortuorum futurum?
Maximè credo, quia indubitatis scri-
pturæ sacræ testimoniis hoc ipsum de-
monstratur

Psal. 9. v. 9. Dominus paravit ad
judicium thronum suum, & ipse judi-
cabit orbem terræ in æquitate.

Aetor. 17. v. 31. Diem statuit Domi-
nus, in quo judicaturus est orbem in
justitiâ, per eum virum, per quem de-
crevit.

Rom. 14. v. 10. Omnes sistemur
ante tribunal Dei,

Heb. 9. v. 27. Statutum est homini-
bus semel mori, post hoc autem judi-
cium.

Aetor. 10. v. 42. Christus constitu-
tus est iudex à Deo vivorum & mortu-
orum.

Confer cum his Daniel 7. 9. 10. 13.
Matt. 25. v. 13. 1 Thess. 4. v. 13. Epist.
Jud. 14. v. 15. Apoc. 20. v. 11. j

Cur

Regi Nyontatukyok Martin
(304.15.1)

Cur vero judicium hoc institu-
etur?

Ut unusquisq; referat, quæ in cor-
pore suo fecit, sive bonum sive malum,
2. Cor. 5. v. 10.

Tertius Articulus, de S A N C T I F I C A T I O N E .

Credo in SPIRITUM SAN-
CTUM. Sanctam Ecclesiam
Catholicam, Sanctorum
communionem.

Remissionem peccatorū.
Carnis resurrectionem,
Et vitam æternam, A.

Quæ est horum verborum sententia?

Credo me propriis rationis meæ
viribus, JESU CHRISTO Domino meo
fidere, aut ad eum accedere nullo mo-
do posse

Sed

Sed Spiritus S. per Evangelium me vocavit, suis donis illuminavit, in recta fide sanctificavit & conservavit.

Quemadmodum solet totam Ecclesiam vocare, congregare, illuminare, Sanctificare, & in Iesu Christo per veram ac unicam fidem, conservare:

In qua Ecclesiâ mihi & omnibus Christianis omnia peccata quotidie benignè remittit; & nos omnes in extremo à morte resuscitabit, ac mihi & omnibus in Christum credentibus vitam æternam dabit. Hoc certissime verum est.

Quot membra continet hic articulus?

Continet præcipue quinque.

1. De Spiritu Sancto.
2. De Ecclesia Catholica.
3. De remissione peccatorum.
4. De carnis resurrectione.
5. De vita æterna.

I. De Spi.

Regj. nyomtatványok, Martin
(304.15.)

I. De Spiritu Sancto.

Quibus verbis articulus de Spiritu Sancto proponitur?

Credo in Spiritum S.

Cur dicis CREDO in Spiritum Sanctum?

Quia eundem agnosco tertiam personam Divinitatis procedentem ab æterno à Patre & Filio, atq; sic verum Deum, in quem solum credendū, & qui solus invokedus, Deut: 6. v 12.

Quomodo probas Spiritum Sanctum esse Deum?

Probo 1. Quia in scripturâ expresse & absolute vocatur Jehovah Deus.

Confer vers: 2. & 3. 2. Sam: 23. Esa: 1. 2. 10. Act: 28. 26. 2. Pet: 1. 21. item Act. 5. ¶ 3. 4. & 1. Cor: 3. ¶ 16.

Quia 2. attributa Dei essentialia eidem attribuuntur.

[Est enim æternus, Heb: 9. v. 14. omnipræfens, Psal: 137. v. 11. omniscius

90 Epitome Catechetica

scius I. Cor. 2. v. 10. verax, Joh. 14. 17. liberrimum agens, I. Cor. 11. v 11.

Quia 3. à Patre Filioq; ab æterno immutabiliter procedit.

Quia 4. Patri & Filio est homousios hoc est eisdem cum utroq; essentiæ.

Quia 5 opera metè divina propriâ virtute efficit.

(Qualia creatio, Gen. 1. v. 3. Psal: 33. 6. conservatio. Job. 33. v. 4. futurorum prædictio. 2. Pet. 1. v. 21. regeneration, Joh. 3. v. 5. renovatio. Tit: 3. v. 5. invocatio. Rom: 8. 15. &c.)

Quia deniq; 6. cultus &c honor verè divinus ei tribuuntur.

Quæ & alia, Spiritum sanctum verè propriè & naturâ Deum esse indubitatò demonstrat.

Quomodo probas, Spiritum Sanctum esse personam à Patre & Filio realiter distinctam?

Probo 1. Quia distinctè in Symbolo profitemur nos credere in Deum 1. Parentem 2. Filium, 3. Spiritum sanctum.

Regi nyomat. bonyok
(304.15.1.) . Martin

De Symbolo Apostolico. 91

2 Quia se, ut personam à Patre & Filio distinctam, in baptismo Christi manifestavit, Matth. 3. v. 16. Joh. 1. 32

3. Quia disertè a Christo paracletus ALIUS dicitur. Joh. 14. v. 16. Ergo & alia. à Patre & Filio distincta, persona erit.

Quomodo probas, Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere?

Quod à Patre procedat, disertis verbis asseritur. Joh 15. v. 26. Quod verò etiam simili à filio procedat, probatur inter alia. Quia dicitur Spiritus Filii Dei, Gal: 4. v. 6. Spiritus Christi. Rom: 8. v. 9. Spiritus oris & labiorum Christi, 2. Thes: 2. v. 8. Esa: 11. v. 14. & ab ipso etiam Filio mittitur, Joh. 15. 26. & 16. 6.

Cur verò Spiritus sanctus appellatur SPIRITUS?

Spiritus appellatur, 1. quia verè est essentia divina spiritualis in corporeo

2. Quia

2. Quia intra simplicissimam divinitatis essentiam à Patre & Filio infabiliter spiratur;

3. Quia spirituales motus in cordibus hominum excitat.

Cur appellatur Spiritus SANCTUS?

Sanctus dicitur, 1. quia ipse essentia aliter sanctus est.

2. Quia veræ sanctitatis auctor est, omnesq; electos verè sanctificat.

Quomodo vero opus hoc sanctificationis Spiritus Sancti perficit?

Ecclesiam in terra vocat, congregat, illuminat, sanctificat, & in Iesu Christo per unicam ac veram fidem conservat.

Ergo nemo suis viribus in conversione ad Deum quicquam efficeret?

Nihil quicquam: Ideò namq; credo me propriis rationis meæ viribus Iesu Christo, Domino meo fidere aut ad eum accedere & pervenire nullo modo posse.

Quare

Regi Nyontatengyok, Martin
(304.15.1)

Quare hoc §

Quia per lapsum primorum nostrorum parentum omnes intellectus & voluntatis nostre vires insque adeo deperditæ sunt, ut non simus idonei cogitare aliquid boni ex nobis, tanquam ex nobis, 2 Corinth 3. v. 5.

Unde ergo conversio ad Deum & filii

dei in Iesum Christum pro venit?

Donum est Spiritus sancti gratuitum, qui suâ operatione hanc ipsam in nobis perficit.

Quibus autem mediis Spiritus sanctus eandem in nobis perficit?

Per sacro sanctum verbum & Sacramenta. Per Evangelium enim nos vocat, suis donis illuminat, in rectâ fide sanctificat & conservat.

II. DE ECCLESIA.

Quibus verbis articulus de Ecclesiâ proponitur?

Credo

Credo Ecclesiam sanctam catholica-
cām: Sanctorum communionem.

Cur dicitis CREDO Ecclesiam? 1.
Quia firmiter statuo, D̄B̄M ministerio verbi & Sacramentorum sibi semper in hoc mundo Ecclesiam colligere, eandemq; usq; ad finem mundi conservare velle, Elaiæ 55. 10. & 59. 21. Matth: 16. & 28. v. 19. Johan: 10. v. 16.

Quid est Ecclesia?

Est cōetus hominum vocatorum visibilis, amplectentium verbum Dei, & recte utentium Sacrementis.

Cur dicitur Ecclesia SANCTA?

Sancta dicitur, quia 1. Christus eam sanguine suo sanctificat, Eph: 5. v. 26.

2. Quia ejusdem merito sanctifica-
tur per verbum, sacramenta & fidem.

3. Quia operibus sanctitatis & ju-
stitiae Deo servet. Luc: 1 v. 75.

4. Quia occupatur exercitiis sanctis,

Regi Nyomtatvethely (304.15.11) Martin

etis, cultus divini & charitatis Christianæ.

Cur dicitur CATHOLICA?

Catholica dicitur, quia 1. in uni-
verso mundo ex quorumvis hominum
genere colligitur.

2. Quia Catholicam doctrinam
Prophetarum, Christi & Apostolorum
unanimi consensu proficitur & ap-
probatur: Quo sensu & CHRISTIANA
dicitur & APOSTOLICA.

Cur creditur SANCTORVM COMMUNIO?

Quia in Ecclesia Catholica una est
Sanctorum Communio. 1. doctrinæ &
fidei, 2. Sacramentorum baptisimi &
cœnæ dominicæ. 3. Corporis mystici,
ejus caput Christus est. 4. Spiritus, 5.
spei vitæ æternæ, Eph: 4. v. 3 & seqz
Quæ sunt veræ & infallibiles notæ hu-
ius sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ?

Sunt potissimum duæ 1. Pura verbi
Dei prædicatio. 2. Legitima sacra-
mentorum à Deo institutorū dispérsatio.

Quare

Quare hoc?

- Quia hæc ipsa i. veram Ecclesiam certo demonstrat.
2. Eadem foli & semper conveniunt.
 3. Eandem ab aliis quibusvis cœtibus distingvunt.
 4. Ab eadem deniq; separari nequeunt. Annon & Antiquitas, Amplitudo, Miracula, &c. sunt nota Ecclesie?
- Non. Quia hæc etiam aliis sectis & impiis cœtibus convenire possunt.

III. De Remissione Peccatorum seu JUSTIFICATIONE: Cur dicis in Symbolo Credo remissionem peccatorum?

Quia certò statuo, me coram DEO meis viribus aut operibus justificari non posse, sed remissionem peccatorum gratuitò per fidem Iesu Christi condonari. Ubi enim peccatorū

remissio;

Regi Nyentatwelyok, Martin
(304.15.1)

remissio, ibi vera est justificatio.

Quid est justificatio?

Justificatio est actio Dei, quâ homini peccatori verè in Christum credenti, ex gratuitâ suâ misericordiâ propter meritum Christi peccata remittit, & ad vitam æternam acceperat, Rom: 3 v. 24. & seq., & 4. v. 5. Gallat: 2. 3.

Quomodo ergo coram DEO justificaris & salutem æternam consequeris?

Non ex operum meritis, aut justitiâ aliqua inhærente & infusa, sed sola Dei gratuitâ misericordia per & propter solius Christi meritum, vera cordis fiducia apprehensum & mihi applicatum.

Seu,

Perfecto sanctam obedientiam, passionem item & mortem Domini & Redemptoris mei [Iesu Christi,] non per illa opera alia. Id quod indubitate fide statuo, & in eodem omnem cor-

E

dis

dis mei fiduciam colloco.

Quibus scripturæ testimoniis id
ipsum probas?

Inter quām plurima alia his im-
primis: Eph. 2. v. 8. Gratia salvati estis
per fidem & hoc non ex vobis: DEI
donum est, non ex operibus

Rom. 3. v. 28. Arbitramur homi-
nem justificari PER FIDEM, SINE ope-
ribus legis.

2. Tim. 1. v. 9. Deus salvavit nos,
NON ex operibus nostris sed ex gratia.
Qui verò & solā gratiā Dei, solo me-
rito Christi, & solā fide. qui itidem ver-
bo & sacramentis, justificari dicimur;

Justificamur 1. gratuitā Dei miseri-
cordiā, tanquam causā efficiente pro-
creante.

Justificamur 2. merito Christi tan-
quam causā solā meritoria.

Justificamur 3. fide solā, tanquam
causā instrumentalī & organo salutem
apprehendente.

Justi-

Regi Nyíregyháza, Martin
(304. 5. 1.)

Justificamur deniq; 4. verbo & sa-
cramentis, tanquam organis salutem
partim offerentibus, partim obli-
gnantibus.



De carnis Resurrectione.

Cur dicis, Credo carnis resurre-
ctionem.

Quia nullo rationis meae sensu in-
telligere possum, sed solū juxta pro-
missiones divinas, in dubitatā fide re-
surrectionem mortuorum expecto.

Sed cur solius carnis resurrectionem
credis,

Quia illud propriè resurget, quod
cecidit. At qui solū corpus sive ca-
ro cecidit Ergo solū etiam corpus
sive caro resurget. Anima enim cùm
sit immortalis, Matth. 10. v. 28. pro-
priè neq; mori, neq; surgere poterit.

Ez Qui-

Quibus scripturæ testimoniis probas certò resurrectionem carnis & mortuorum futuram? ¶

Job. 19. v. 25. Scio quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra resurrecturus sum. & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum, Esai. 26. ¶ 6. Vivent mortui tui, & cum corporibus suis resurgent.

Joh. 5. ¶ 12. 29. Veniet hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei & prodibunt: qui bona fecerunt ad resurrectionem vitæ, qui vero mala fecerunt, ad resurrectionem judicii.

Joh. 11. v. 25. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

Quinam sunt resurrecturi?

Omnis omnino homines, quotquot à principio mundi vixerunt, & ad finem

Regi Nyomatwanyok. Martin
(304. 5. 1)

de Symbolo Apostolico. for

nem ejus vivent, cujuscunque sint sexus, ætatis & status: sive boni, sive mali, sive justi, sive injusti, Matth. 25. ¶ 23. Johan. 5. ¶ 28.

Quo discrimine resurgent?

Illi qui bona egerunt; prodibunt ad resurrectionem vitæ æternæ. Qui verò mala egerunt, ad resurrectionem judicii & ignominiæ æternæ, Joh. 5. ¶ 28. Dan. 12. ¶ 2.



V. De Vita Æterna.

Cur dicis Credo vitam æternam?

Quia eandem rationis meæ sensibus non percipio, sed ex solo verbo DEI, indubitate fide certò futuram esse statuo.

Unde probas esse vitam æternam?

Ex immotis scripturæ testimoniis; Matt. 25. 46. Ibunt justi ad vitam æternam. Dan. 12. ¶ 2. Evigilabunt

E 3

alii

alii ad vitam æternam Joh: 10. v 28.
Ego vitam æternam do eis, Heb: 13:
14. Non habemus manentem Civita-
tem, sed futuram inquitimus.

**Quinam & qualis erit status vitæ
æternæ?**

Erit in eadem sempiterna beatitas,
con juncta cum inveneribili gaudio,
gloriâ & felicitate, qvam nec oculus
vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascendit, 1. Cor. 2. v 9. Esa:
6. v 44.

**Quibus verò gloria hæc vitæ æter-
næ felicitas destinata est?**

Solis fidelibus, in verà fide ad finem
usq; perseverantibus. Matth. 20. v 23
His enim regnum per electionem Dei
ab æterno paratum est Matth: 25. v 34

oooooooooooooooooooo
**De electione ad Vitam
æternam.**

Quid

Regi Nyenratevnyok, Martin
(304. 15. 1.)

Quid igitur est electio Dei?

Est actio Dei, quâ juxta propositum
voluntatis suæ, ex merâ suâ gratiâ &
misericordiâ, in Christo salvos facere
constituit omnes perseveranter in
Christum credituros in laudem glori-
osæ gratiæ suæ, Ephes. 1. v 4. & seqq.
2. Thes. 2. v. 13 2. Tim. 1. v 9. Rom. 8.
30. & 9. II. &c.

Quale illud propositum Dei, secundum quo credentes in Christum salvare decrevit?

Non est absolutum, sed ordine cer-
to sic determinatum, ut omnes salutis
nostræ causas & media, sub suo com-
plexu contineant.

Quænam sunt iste salutis causæ & mediae?

Est 1. infinita Dei misericordia. 2.
infinitum Christi meritum, per Evan-
gelium annunciatum. 3. Fides sal-
vifica in Christum perseverans.

**Annón verò hæc salutis media ad omnes
omnino homines pertinent?**

Maxime: Vult enim 1. Deus serid

E 4 OMNI-

OMNIUM misereri Rom. II. v. 32. vult **OMNES** salvos fieri, I Tim. 2. v. 3. nec **ULLOS** perire, 2. Pet 3. v. 9. 2. Christus est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed pro **TOTIUS MUNDI**. I. Joh. 2. v. 2. & est Salvator **OMNIUM**, maximè vero fidelium, I. Tim. 4. 10.

I. 3. Omnes etiam ad beneficia Christi seriò communicandi studio invitantur, Matt. II. v. 28. & Evangelium prædicatur, **OMNI CREATORÆ**, Marc. 16. 16: hoc sine, ut **OMNES** ubique resipiscant, Acto. 17. v. 30. & ut ad agnitionem veritatis perveniant, I. Timoth. 2. v. 4.

Qui fit ergo quod non omnes & singuli homines, quibus hæc salutis media destinata sunt & que ad vitam æternam eliguntur:

Fit hoc ideo, quia hos ipsos Deus non simpliciter & absolute eligere decrevit, sed **DETERMINATE**: hoc ordine,

dine, ut per Evangelium in Christum credant, & verâ in ipsum fidem salventur, At quia plurimi non credunt, fit ex consequenti, ut tantum si qui perseveranter in Christum credent, & sic patisci sint electi, Mat. 21. v. 14. Matt. 16. v. 10.

Verum qui hoc fit, quod non omnes ex Evangelio si dem concipiunt, & in Christum credunt:

Proprio hoc fit ipsorum metu vitios quia sponte suâ verbum prædicatum, **CONTEMNUNT ac RESPUNUNT**, & sic operationi Spiritus Sancti variè resistunt. Vide Luc. 8. 12. & 14. 16. Act. 13. 46. & 7. 51 Luc. 7. v. 30.

Sed qui & hoc fit, quod pleriq; reprobantur & damnatur?

Fit & hoc propria ipsorum culpâ, impænitentiâ & incredulitate. Qui enim non credit, damnatur. Matt. 16. v. 16. & ira Dei manet super ipsum. Joh. 3. v. 36.

Regi Nyomtatványok, Martin
(304 19. 11)

De Inferno & Purgatorio.

Quæ erit incredulorum & damnatorum poena?

Vivi mittentur in stagnum ignis ardenti sulphure, Apoc. 19, v. 20. ubi horribilia tormenta animo & corpore patientur. Luc. 16, v. 24. & poenam suent interitum æternū? Thes. 1, v. 9. Quid ergo de Purgatorio internalā statuis: quo Pontificij fingunt animas defunctorum ab omni peccatorum labore planè expurgari, ut puræ in cœlum ingredi possint.

Statuo esse purum figmentum. Scripturæ sacræ planè incognitum.

Ea siquidem duorum tantum meminit locorum: in quæ animæ defunctorum transferuntur, Cœli scilicet & inferni.

Animæ impiorum viventes in infernum descendunt. Pial. 55. v. 16. ubi nulla ipsis spes est. Prov. 11. v. 17. Justorum vero animæ in manu Dei sunt.

Regi Nyontatveldjok, Martin
(304 351)

funt, ubi tormentum illas non tangere. Sap. 31. transferunt è morte in vitam, & in judicium non veniunt, Joh. 5, v. 24.

**De III. Doctrinæ Catechetice Capite.****ORATIONE DOMINICA.**

Quodnam est tertium doctrinæ Catechetice caput?

Oratio Dominica.

Quid est Oratio Dominica.

Est brevis invocandi Deum formula, ab ipso Christo nobis tradita continens summam omnia, vitæ huic præsenti & futuræ, necessaria.

Cur dicitur DOMINICA.

Quia hæc præcandi formula ab ipso DOMINO nostro IESU Christo primùm nobis præscripta & demandata est, Mat. 6, v. 4. Luc. 11, v. 12.

E6

Quot

Quot membra generatim continet
hoc, de oratione Dominicæ, caput ?
Duo i. ingenere de oratione sive invoca-
tione docet. 2. Formulam Ora-
tionis Dominicæ per partes suas spe-
ciatim explicat.

Quid est invocatio ?

Est cultus, quo vivum & verum Deum
verâ fide per Jesum Christum Me-
diatorem, cum iuvocamus pro im-
petrandis bonis necessariis, tum pro
acceptis glorificam⁹ & gratias agim⁹.

Quisigitur est iuvocandus ?

Unus & solus vivus & verus Deus,
qui est Pater Filius & Spiritus sanctus:
unitus in essentia, trinus in personis.

Quare hoc ?

Quia 1. solus verus ille Deus expre-
sse in scripturis jubetur religiose ado-
rari seu iuvocari, Deut. 6. v. 14. Mat.
4. 10. & 6. 4.

Quia 2. & solus vult ac potest o-
mnium honorum autor, Jacob. 1. v. 5.
& solus

Régnyonkatévhelyek, Martin
(304. 1911)

& solus vult ac potest omnium gemi-
tus exaudire, & ubique ex omnibus
periculis nos liberare Psal. 91. v. 15.

Quia 3. solum hunc verum Deum
omnes sancti semper invocâunt,
Genes. 18. v. 28. Exod. 32. v. 11. Jud.
13. v. 8, 2. Sam. 23. v. 1 &c.

Suntne etiam Angeli & Sancti demor-
tui iuvocandi ?

Minime I. Quia de invocatione an-
gelorum & sanctorū in scripturis nul-
lum habemus expressum mandatum 2:
nullum verè piorum exemplum.

II. Quia Angeli & Sancti non possunt
gemitus cordium exaudire nec ubiq;
in periculis adesse, nec misericorditer
invocantes liberare.

Quis igitur honor reliquias sanctorū exhibendus

Ossa & reliquiae ipsorum ad exem-
pla veterum sanctorum, sunt honeste
sepelienda, & in cubicula sua, in ter-
ram recondenda.

Num & imagines & statuæ S. veneranda ?

Ez

Minime

Minimè gentium Ethnica enim est idololatria, adorare lignum & lapides, & id quod nec videre, nec ambulare, nec opitulari potest. Quæ tanquam abominatio in scripturâ ubiq; damnatur. Psal 115. v. 4. & seqq & 135: 13. 16 Sap 13. 17 Bar 6. v. 3. &c. [Nec obstat quod Pontificii prætendunt, se in inferiori gradu cultus, venerari statuas & imagines.] Nam scriptura unum tantum cultum divinum novit & præscribit qui ad primum tabulam pertinet, & soli Deo debetur. cæteros omnes, quocunq; nomine appellantur, falsos & idololatricos proclamat, nec ullus gradus divini cultus agnoscit.

Quænam à Deo in oratione petenda? Omnia quæ, Dei gloriam & nostram salutem concernunt, sive Dona spiritualia sive corporalia.

Quæ vocas dona spiritualia? Quæ ad animæ salutem & vitæ eternæ

Regi Nyontatvánjok, Martin
(304. 5. 1)

ternæ consecutionem sunt necessaria: Qualia sunt, remissio peccatorum, gratia DEI, fides, iustitia, renovatio, gubernatio Spiritus Sancti, constantia in fide, perseverantia in adversis, &c.

Quæ vocas dona corporalia?

Quæ ad corporis incolumitatem & vitæ hujus conservationem sunt necessaria: Qualia sunt bona valetudo, divitiae, eruditio, sapientia, pulchritudo, victus amictus & infinita alia.

Annè utraq; eodem modo sunt expetenda?

Non sunt. Spiritualia enim à Deo potesta sunt sine omni exceptione & conditione (quia simpliciter ad iustitiam & salutem sunt necessaria.)

Corporalia vero, certâ quapiam conditione petenda sunt, (quia non simpliciter ad salutem sunt necessaria.)

Quænam est ista conditio?

Ut Deus ea nobis largiatur, secundum voluntatem suam, si, 1. ad divinam gloriam illustrandam, & 2. salutem

tēm nostrā, vel proximī, promoven-
dam profutura sint.

Pro quibus est orandum?

Cūm pro nobis ipsis, tūm pro aliis
promiscue omnibus (sive amicis sive
inimicis, sive piis sive impiis, sive sa-
nis sive ægrotis, in primis autem pro
domesticis fidei.)

Anne pro defunctis demortuis est orandum?

Neutquam. Quia 1. nullum ejus rei
habemus in scripturis præceptum. 2.
Nullam promissionem. 3. Nullum
exemplum.

Quomodo est orandum?

1. In nomine Christi. Joh. 16. v. 23.
 2. In verā fide. Matt. 21. v. 22.
 3. Absq; hæfatione. Jac. 1. 7. 1. Joh.
5. v. 10.
 4. In Spiritu & veritate, Joh 4. 23.
- Quando & quo tempore orandum?
- Omni tempore. Eph. 6. 18. quoties
necessitas in die tribulationis exegerit,
Ezai. 26. v. 16. 17.

Ubi

Reg. Nyontatwanyok, Martin
(304.16.1)

Ubi & quo in loco est orandum?

In omni loco. 1. Tim. 2. 4. etiam in
cubiculo, clauso ostio, in abscondito,
Math. 6. v. 8.

Quo sermone orandum?

In publicis sacris conventibus, non
exitico sermone orandum est, sed ma-
terno seu populari, qui à vulgo & to-
to cœtu possit intelligi in totius Eccle-
siae ædificationem (id quod Apostoli-
cos exsertis verbis præcepit. 1Cor. 4. 5).

Quo Gessu orandum?

Certus in orando gestus in scriptu-
ra non præscribitur, sed in differens
reliquitur, pro cuiusvis devotione, ju-
xta Sanctorum exempla.

Suntne inter orandum genua flectenda
ad nomen IESU?

Sunt, Quia 1. Gestus iste in scrip-
tura passim commendatur, ceu Pietati
& invocationi consentaneus. Dan. 6.
v. 10. Luc. 22. v. 41. Acto. 20. 36. & 21. 5.

Quia 2. Paulus expresse dicit. Om-
nia

114 Epitome Catechetica

nia genua in nomine JESU flectenda esse, Philip 2. v. 10.

Rectene sit, si quando ad nomen JE-SU detracto pileo caput aperitur?

Quidni Restè? est enim externa ceremonia, quâ interiorem devotionem & reverentiam cordis erga ipsum Salvatorem nostrum Christum cui, sacro-sanctum hoc nomen competit, ipso opere declaramus.

Num & inter præcandum, Christianis licitum est adhibere signū crucis?

Antiquâ factum illud Ecclesiæ consuetudine. 1. In memoriam crucis & passionis Christi 2. in testimonium fidei suæ in Christum crucifixum. Hoc igitur sine etiamnum observare liberum est. Absit autem superstitione, effecta solius mortis Christi propria signationi huic externæ attribuantur.

De Ora-

Regi nyontatvadnyok, Martin
(304. 19. 1)

de Oratione Dominica 115

De Oratione Dominica,
in specie ejusdemq; parti-
bus.

Recita nunc formulam precationis
Dominicæ:

Pater noster qui es in cœlis.

1. Sanctificetur nomen tuum.
2. Adveniat regnum tuum.
3. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie
5. Et remitte nobis debita nostra sicut & nos remittimus debitoribus nostris
6. Et ne nos inducas in temptationem
7. Sed libera nos a malo.
Quia tuum est regnum & potentia & gloria, in secula seculorum, Amen.

Oratio Dominica quot habet
membra?

Tria

Tria: 1. Præfatiunculam 2. Petitiones ipsas, numero septem. 3. Clausulā.

Quæ sunt verba præfatiunculæ?

Pater noster qui es in cœlis

Quæ est horū verborum sententia?

Deus amanter nos hâc præfatiunculâ invitat, ut verè credamus, eum nostrum verum Patrem, nosq; ejus veros filios esse: ut eum confidentiùs plenâ fiduciâ invocemus, quemadmodum videremus liberos certâ fiduciâ aliquid à Parentibus suis petere.

Quem intelligis voce PATRIS?

Per Patrem hîc intelligitur non solum prima persona Trinitatis, quæ ab æterno genuit Filium consubstantialem (sed tota Trinitas, Pater, Filius & Spiritus sanctus.) solus verus, unus & trinus Deus.

Cur nomen PATRIS præmitis in orationis formula?

Ad exci-

Regi Nyomatavnyok, Martin
(304.191)

Ad excitandam in nobis filialem fiduciam in pâtrem cœlestem, quâ invitati, majori cùm confidentiâ debemus invocare, deq; Paternâ eius exauditione nec quicquam dubitare.

Cur NOSTER Pater dicitur?

1. Quia omnes credentes in Christo sunt fratres unum Patrem cœlestem habentes.

2. Ideoq; pro se invicem singulâ mutuò debent eundem Patrem Cœlestem invocare.

Cur in idiomate Germanico dicitur?

Pater noster, Vatter vnser/ & non

Noster Pater, Vnser Vatter?

Utrovis modo dicatur, perinde est,

Quia tamen more veteri, & ad imitationem Græci & Latini (adde etiâ Hebtæi sermonis) consuetum fuit dicere PATER NOSTER: rectè etiam morem illum sequimur ut statim in primâ fronte nomen Patris, exiret in no-

in nobis filialem fiduciam.

Cur additur, Qui es in cœlis?

1. Ut non intelligatur Domin⁹ terrenus, sed cœlestis & omnipotens qui potens sit omnia facere superabundanter, quam petimus & intelligimus, Ephes. 3. v. 20.

2. Ut majori fervore Spirit⁹ adoretur

3. Ut mens orantis tursum ad cœlestia elevetur.

Annè per cœlos locus aliquis in suprême parte mundi intelligitur?

Nequaquam. Sed cœlestis majestas quæ nullo loco inclusa est, innuitur. [Nam cœli cœlorum Deum non capiunt; 1 Reg: 8.]

I. PETITIO.

Sanctificetur nomen tuum:

Quæ est hujus petitionis sententia?

Nomen DEI per se quidem sanctum est, verum nos oramus hâc petitione,
ut apud

ut apud nos quoque sanctificetur.

Qua ratione sanctificetur apud nos?

1. Cùm verbum Dei pure & sincere inter nos docetur, 2. & nos secundum illud, ut filios Dei decet, piè vivimus; (quod ut fiat, dona nobis, mi Pater cœlestis) Qui verò aliter 1. docet & 2. vivit quam verbum DEI docet, ille nomen Dei inter nos prophänat. Ne autem hoc accidat, tu provide mi Pater cœlestis.

Quid intelligitur per NOMEN DEI?

1. Notitia Dei, quo ad essentiam & voluntatem. 2. gloria, honor & majestas. 3. omnia ejus facta, virtutes, opera & beneficia in scripturis nobis decantata.

II. PETITIO.

Adveniat regnum tuum.

Quæ est hujus petitionis sententia?

Regnum Dei venit etiam perse, sine nostra

Regi nyontatvánjok, Martin
(304. 5. 1.)

nōstrā oratione, sed petimus hāc pre-
catione, ut ad nos quoquē perveniat.

Qua ratione fit istud?

Cūm Pater cœlestis dat nobis suum
sanctum Spiritum, qui efficit suā gra-
tiā, ut 1. Sanc̄to ejus verbo credamus,
ac 2. piē hic temporaliter, 3. illic in
æternum vivamus.

Quid intelligitur per REGNUM DEI
in hāc petitione?

Potissimum regnū gratiæ & gloriæ.
oooooooooooooooooooo

III. PETITIO.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo
& in terrâ.

Quæ est hujus petitionis sententia?

Bona ac misericors Dei voluntas
fit quoque sine nōstrā oratione: verū
nos rogamus hac petitione, ut etiam
apud nos fiat.

Qua ratione fit istud?

Cūm

Cūm Deus 1. frangit atque impedit
omne malum consilium, voluntatem
& conatus, quæ obstant, quod minùs
nomē DEI sanctificemus regnumq;
ejus ad nos pervenire possit, velut est
Diaboli, mundi & cānis nōstræ vo-
luntas. Deinde cūm confortat & con-
servat nos firmiter in suo verbo ac si-
de, usq; ad finem vitæ nōstræ. Hæc est
misericors ac bona ipsius voluntas.

Quid intelligis per voluntatem Dei
in hāc petitione?

Voluntatem Gratiae de salute nō-
strâ nobis in Evangelio propositam
et revelatam. Et voluntatem Præcep-
ti, de obedientiâ nōstrâ, & subjeclio-
ne voluntatis nōstræ.

Quid ergo petimus hāc precatione?

Fatetur, nos misericordem ac bo-
nam illam Dei voluntatem, in verbo
expressam, efficere nostris viribus non
posse, nec obedientiam præstare debi-
cam

Reg. nyontatvñjok, Martin
(304. 5. 1.)

ram. Ideoq; petimus ut ipse nobis gratiam largiri velit, quo etiam apud nos fiat in cordibus nostris.

Cur additur, sicut in cœlo, ita & in terrâ?

Ad significandam voluntatis nostræ, cum sanctorum Angelorum voluntate, conformitatem.

[Ut sicut Angeli promptissimè in verâ sanctitate & castitate, voluntatem & iussa patris cœlestis perficiunt. Psal: 103 ita & nos illorum exemplum imitantes, sancte vivamus voluntatemq; Deo promptè in hâc terra exequamur.

IV. PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Quæ est hujus petitionis sententia; Deus dat quidem omnibus, panem quotidianum, quam vis non petamus etiam malis hominibus; at nos preciamur.

camur hac petitione ut agnoscamus beneficium hoc, atque ita panem nostrum quotidianum, cum gratiarum actione accipiamus.

Quid significat panis quotidianus?

Significat omne, quod ad vitæ nostræ necessitatem ac sustentationem pertinet; videlicet cibum, potum, vestes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, divitias, probam conjugem, probos liberos, probos servos, probum ac fidum magistratum, bonum Reipublicæ statum, commodū aeris temperiem, pacem, sanitatem, modestiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

Cor dicimus PANEM;

Ut moneamur, non amplias, divitias à Deo petendas ad luxum & superbia, sed victum & amictum duntaxat necessarium.

ram. Ideoq; petimus ut ipse nobis gratiam largiri velit, quo etiam apud nos fiat in cordibus nostris.

Cur additur, sicut in cœlo, ita & in terrâ?

Ad significandam voluntatis nostræ, cum sanctorum Angelorum voluntate, conformitatem.

[Ut sicut Angeli promptissimè in verâ sanctitate & castitate, voluntate in & iusta patris cœlestis perficiunt. Psal: 103 ita & nos illorum exemplum imitantes, sanctè vivamus voluntatemq; Deo promptè in hâc terra exequamur.

IV. PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Quæ est hujus petitionis sententia;

Deus dat quidem omnibus, panem quotidianum, quam vis non petamus propter malis hominibus, at nos pre-

camur

camur hac petitione ut agnoscamus beneficium hoc, atque ita panem nostrum quotidianum, cum gratiarum actione accipiamus.

Quid significat panis quotidianus?

Significat omne, quod ad vitæ nostræ necessitatem ac sustentationem pertinet; videlicet cibum, potum, vestes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, divitias, probam conjugem, probos liberos, probos servos, probum ac fidum magistratum, bonum Reipublicæ statum, comodiū aëris temperiem, pacem, sanitatem, modestiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

Cor dicimus PANEM;

Ut moneamur, non amplias, divitias à Deo petendas ad luxum & superbia, sed viatum & amictum dunctaxat necessarium.

F 2

Cur

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

Cur dicimus panem NOSTRUM :
Ut 1. admoneamur, justo labore nos
bis panem nostrum acquirendum, nec
aliorum panem illicitis modis affectan-
dum.

Ut 2. doceamur, etiam pro aliorum
sustentatione, ex Christianâ charitate
nobis precondum.

Cur dicitur panis quotidianus &
in Græce epiusios ?

Vox hæc aliud nil quam adventi-
tium panem significat, qui singulis ad-
venientibus diebus nobis ad vitæ no-
stræ sufficientiam est necessarius.

Cnr additur HODIE ?

Propterea: quia non anxiè solliciti
esse in crastinum, sed ubi vocationis
operas debita sedulitate fecerimus, in-
crementum de die in diem DEO com-
mendare debemus.

Cur perimus panem nobis DARI ?

Ut testemur, nos mere mendicos
etiam Deo, adeoq; omnia quæ habe-
mus

mus, non nostræ industriæ, sed divi-
næ benignitati supremi omnium da-
toris accepta ferre, juxta illud Psalmis
Oculi omnium in te sperant Domine,
& tu das escam illorum in tempore
opportuno. Aperis tu manum tuam, &
imples omne animal benedictione.

oooooooooooo

V. PETITIO.

Et remitte nobis debita nostra, si-
c ut & nos remittimus debitoribus no-
stris.

Quæ est hujus petitionis sententia
Petimus hanc precatione, ne Pater
coelestis velit respicere peccata nostra,
& propter ista remissionem nobis de-
negare, Quandoquidem nullis rebus,
quas petimus, digni sumus, nec quic-
quam mereri possumus sed ut velit
nobis sua gratia donare omnia. Quia
quotidiè multipliciter peccamus, &
nil nisi pœnas meremur.

Regi Nyomtatvadók, Martin
(304.151)

Tunc nos quidem vicissim ex corde condonabimus iis, à quibus in nos peccatum est, illisque libenter beneficiemus.

Quid intelligis Per DEBITA?

Debita nostra sunt omnia nostra peccata, affectus, cogitata, dicta & facta, cum lege Dei pugnantia: peccata commissionis & omissionis, quæ quotidiè comitimus, & propterea pœnas temporales ac æternas promeremur.

Quid igitur nobis faciendum?

Ad solius Dei misericordiam nobis unicè configiendum, & gratuitam peccatorum remissio, Christi merito nobis acquisita, petenda: orando, ut velis nobis suâ gratiâ & bonitate condonare omnia.

Cur petimus: Remitte nobis debita nostra & non remitte mihi debita mea?

Quia Christus vult preces nostras esse mutuas, & ita pro remissione peccatorum

catorū proximi etiā orare nos debemus

Cur adduntur hæc verba: Sicut & nos remittimus debitoribus nostris

Vult Christus iisdem docere, si velimus consequi gratuitam peccatorum remissionem, ut vicissim ex corde condonemus iis, quibus in nos peccatum est: iisque libenter beneficiamus. Quod nisi fiat, neque nobis remissionem peccatorum gratuitam à Deo sperandam esse.

VI. PETITIO.

Et ne nos inducas intentionem!

Quæ est hijs petitionis sententia?

Deus quidem neminem tentat, sed tamen petimus hac petitione, ut ipse nos custodiat & conservet, ne Satanás, mundus & caro nostra nobis imponant, & nos à recta fide, ad superstitionem, desperationem, atque flagitia seducant. Et ut maximè ejusmodi

Regi Nyomtatvédik Márton
(304.15.)

tentationibus solicitemur ne secumbamus, sed ut tandem vincamus & triumphemus.

Quid intelligitur per TENTATIONEM in hac petitione

Non temptationem probationis ad bonum, quæ solius Dei est, & quâ se sancti à Deo probari petunt: sed temptationem deceptionis ad malum, quæ à Satana variis modis perficitur: unde & cata exochen Tentator dicitur, Matth; 4. ¶ 3.

Annon ergo & Deus tentat ad malum? Deus neminem tentat ad malum: unus quisq; verò tentatur, cùm à propriâ concupiscentiâ abstrahitur, & infuscatur, Jac: 1 ¶ 13. 14.

Cur ergo petimus. Ne Deus nos inducat intentionem?
Verbum activæ significationis. Ne inducas in temptationem: non significat efficacem Dñi operationem ad malum sed vi Hebraismi significat permissio-

missionem, sensos igitur est. Ne inducas nos, id est ne sensas sive permittas nos induci in temptationē Cyprian

VII. PETITIO.

Sed libera nos à malo.

Quæ est hujus petitionis sententia?

Oramus hac precatione, tanquam in summa, i. ut Pater noster cœlestis liberet nos ab omnibus malis ac periculis corporis & animæ, bonorum & honorum,

2. Et ut tandem cùm hora mortis venerit felicem viæ exitum nobis largiatur. 3 Nosquè pro sua gratuitabonitate ex hac misericordiarum valle, ad se in Cœlum recipiat.

Quid intelligitur hic per malum?
Sub malo h̄ic comprehenduntur omnia, quæ quoquo modo hominibus mala sunt, veluti Diabolus, omnis generis peccata, pericula, adversitates,

F 5 incom.

Regi Nyomtatványok, Martin
(304. 15. 1)

incommoda, morbi, mors item & temporalis & æterna.

De Clausula (sive Epilogo) Orationis.

Quænam sunt verba clausulae (sive Epilogi) Orationis Dominicæ?

Quia tuum est Regnum & potentia,
& gloria in secula seculorum Amen.

Qui sit, quod Lutherus hæc verba in explicatione Catechetica omisit?

Factum illud est: quia in generali explicatione τὸ Αμῆν ista comprehenduntur.

Quæ est Epilogi huius sententia?

Est gratiarum actio orationi annexa quā hand aliter ac si jam petita accomplishimus grates Deo solvinans, fiduciamq; in factam ejus promissionem alimus & confirmamus quod tūm velis, tūm possis dare quod perimus.

Quid significat AMEN?

Significat idem quod Ita, Vere, Certe, In-

tè. Indubitanter, hæc eveniat & faciat.
Cur clausula hæc AMEN, Orationi subiicitur?

Ut ego sim certus, ejusmodi petitio-
nes, Patri nostro cœlesti, esse accep-
tas, atq; ab eo exauditas.

Unde verè statuere potes, preces tuas Deo esse acceptas?

Quia ipse mandavit ut ad istum mo-
dum oremus. Matth. 6, 44. & 77. Luc.
11. Psal. 50. v. 15.

Unde certò statuere potes, preces tuas esse à Deo exauditas?

Quia ipsa mediante juramento pro-
misit nobis, se eos exauditum esse.
Joh. 16, 23. & 14, 13.

Ergo Deus preces nostras semper exaudit?

Semper exaudit, si secundum volun-
tatem ejus petierimus, 1. Joh. 5, v 14.
Omnia enim quæcumq; petieritis cre-
dite, quod accipietis, & eveniet vobis.
Matt. 11, v. 24.

Ragi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

Siccine igitur promiscue omnia, quæ
in Christi nomine petierimus,
accipiemus?

In spiritualibus, quæ simpliciter ad
salutem nostram necessaria, Deus sem-
per exaudit: in corporalibus verò sem-
per exaudit, si non ad nostram volun-
tatem, certè secundum suam volunta-
tem & nostram utilitatem: August.

Dic deniq; quis usus orationis
Dominicæ?

Ut agnoscamus omnia, quæ ad tem-
poralis hujus vitæ conservationem,
eternæ verò consecrationem perti-
nent, nos aliunde non nisi à solo Deo
consequi posse, ideoq; singula hæc ab
ipso corde petenda & impetranda esse.

De IV. Doctrinæ Cateche-

ticæ Capite.

Quodnam est quartum doctrinæ Ca-
techeticæ Caput?

Sac-

Sacramentum Baptismi.

De Sacramentis in Genere.

Quid sunt Sacra menta?

Sacra menta sunt actiones divinitùs
institutæ, in quibus Deus sub visibili-
bus signis, invisibilem gratiam & bo-
na nobis offert & exhibet.

Quis est Auctor & CAUSA EFFICIENS Sacra-
mentorum?

Solus DEUS, (Is enim solus grati-
am illâ cuius sacramenta sunt organa
& signacula, dare & confirmare potest.

Quænam est MATERIA Sacra mentorum?

Materia Terrena sacramentorum,
est Elementum, signum, sive Symbo-
lū certo institutionis verbo definitum.

Quæ est FORMA Sacra mentorum?

Forma Sacra mentorum est, solen-
nis & legitima administratio elemen-
ti juxta institutionem divinam.

Quinam sunt FINES, quorum gra-
tiâ Sacra menta instituta?

Prin.

Regi Syntagma Polak - Martin
(304. 152.)

Principales sunt duo. I. ut sint organa sive media offerentia, exhibentia & applicantia divinam promissionem de gratuitâ peccatorum remissione, justitiâ & salute æternâ.

II. Ut sint fidei nostræ, erga promissiones Divinas, obsignationes, signacula, testimonia, & quasi pignora.

Quotuplicia sunt sacramenta?

Duplicia: alia fuerunt Veteris: alia sunt Novi Testamenti.

Quot sunt sacramenta, Veteris Testamenti?

Duo: Circumcisio, & Phase, sive agnus Paschalis.

Quot sunt sacramenta N. Testamenti?

Duo: Baptismus & Cœna Dominicæ.

.....

DE BAPTISMO.

Quid est Baptismus?

Bap

Baptismus non est simpliciter aqua, sed quæ sit divino mandato inclusa, & verbo DEI comprehensa.

Seu:

Baptismus est actio divinitus instituta, in quâ Deus per lavacrum aquæ in verbo, nobis peccata nostra per & propter Christum remittit, nos in filios suos adoptat & hæredes omnium bonorum suorum cœlestium constituit

(Baptismus est prius N. T. sacramentorum, quo immerfione sive aspersione aquæ in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, factâ homo per Spiritum Sanctum, regeneratur & renovatur.)

Quodnam est illud verbum DEI?

Est 1. Verbum Institutionis: ubi Dominus noster Jesus Christus inquit Euntes docete omnes, gentes & baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Matth. 28. v. 19.

2. Ver.

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

2. Verbum Promissionis: Quicunq;
crediderit & baptizatus fuerit, salvus
erit qui verò non crediderit, con-
demnabitur, Marc: 16. v. 16.

Quis est auctor seu CAUSA EF-
FICIENS Baptismi?

Ipse Deus: Johannes enim non pro-
priā auctoritate, sed mandato divino
baptizavit, Luc. 3. v. 2. Joh. 1. 23. 33.
& 3. v. 22.

Quinam administrare debent
Baptismum:

Ordinarie quivis Ecclesiæ ministri,
legitimè vocati i. quibus certo man-
dato potestas baptisandi concessa est,
Mat: 28. v. 13

Annon verò licitum est homini pri-
vato, sive marito sive feminine, ba-
ptismum administrare?

Dummodo institutionis verba le-
gitimè servet utique licet. Verum non
nisi in casu duntaxat necessitatis sum-
mae, (Exemplo Ziporæ, Exod: 3.
Heb-

Hebræarum matrum, i. Macha: i. vi
effati Christi: Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spiritu, non potest intrare
regnum Cœlorum Joh: 3. v. 5.)

Estnè etiam verus ac salutaris baptis-
mus qui à ministerio impi confertur:
Omnino. Siquidem virtus & effi-
cacia, ut Sacramentorum in genere,
ita & baptismi non à ministri vel fide
vel impietate dependet, sed ex solius
Dei institutionis dispositione, promi-
ssione, potentia & veritate.

Quænam est MATERIA Baptismi?
Materia [sive res] Terrena bapti-
smi est Aqua: eaque vera, naturalis sive
Elementalis, verbo Dei ad hunc filium
sacramento ordinata, Joh: 1. v. 33.
Joh. 3. v. 5. Ephese: 5. v. 26.

Materia [sive res] Cœlestis est sa-
cro sancta Trinitas, Deus Pater filius
& Spiritus sanctus: in cuius nomine ba-
ptismus administratur, Matt: 28. v. 19.

Quæ est FORMA Baptismi?

Est in

Regi Nyomtatvadók, Martin
(304. 15.)

**Est immersio hominis in aquam, si-
ve aspergio, vel affusio aquæ, in nomi-
ne Patris, Filii & Spiritus sancti.**

**Quomodo vero ista immersio vel
aspergio fieri debet?**

Indiferens planè est sive fiat in fron-
te, sive in pectore, sive in corpore to-
to: itemque vel unâ vel duabus, vel
tribus viciis. [Ea enim de re nullum
in divinis literis vel mandatum, vel
exemplum existat. Merito tamen ordi-
nis causa conformitas rituum in Ec-
clesia observatur, quæ temere à priva-
to homine mutanda non est.]

**Sed anne verba illa, In nomine PA-
TRIS, & FILII SPIRITUS
SANTO immutare licet?**

Non licet. Quia his ipsis. 1. Chri-
stus ritum & formam baptismi præ-
scripsit. & 2. expresse trium personarum
sit mentio: & 3. praesentia, con-
fessio & invocatio totius Trinitatis,
confirmatur.

Quis

**Quis est FIDIS, in quem baptis-
mus institutus est?**

Ut certiores inde reddamus, Deum
nos, in filios suos adoptasse, & in o-
mnibus paternum erga nos affectum
declaratum esse.

Quis ergo est EFFECTUS baptismi?
*** Seu:**

Quid præstat aut confert baptismus?

1. Operatur remissionem peccatorū.
2. liberat à morte & Diabolo, &
3. donat æternam beatitudinem o-
mnibus & singulis, qui credunt hoc,
quod verba & promissiones divinæ
pollicentur.

**Quæ sunt illa verba & promissiones
divinæ?**

Ubi Dominus noster Jesus Chri-
stus, Marc. 16, v. 16. dicit: qui cre-
diderit, & baptizatus fuerit, salvus
erit: Qui vero non crediderit con-
demnabitur.

Quo-

Regi Nyenre & Tschulok, Martini
(304. 15.)

Quomodo verò aqua Baptismi tam magnas res efficere potest, cooperari letitiae remissionem peccatorum hoc erat à morte & beatitudinem aeternam donare;

Aqua certè tantas res non efficit, sed verbum Dei, quod in & cum aqua est & fides, quae verbo Dei, aquae addito credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua & non baptismus, hoc est salutaris aqua gratiae & vitae, & lavacrum generationis in Spiritu S.

Et quis horum verborum genuit sensus est?

Aqua sola ejusdemq; aspersio nuda remissionem peccatorum in & per se non operatur, sed ideo duntaxat, quia est medium sive instrumentum, certò Verbo Dei sanctificatum, cum quo & per quod Spiritus sanctus regenerationem ac renovationem in baptisatis efficaciter perficit.

Ubi hoc Scriptum est?

S. Pau-

S. Paulus ad Titum 3 v 5 6. 7. 8. inquit: secundum suam misericordiam nos fecit, per lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus Sancti: quem effudit in nos opulenter, per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati ipsius gratiâ, hæredes efficiemur iuxta spem vitae aeternæ. Hoc certissime verum est.

Quid verò ista in aquam immersio [in genere] significat?

Significat quod vetus Adam qui adhuc in nobis est, subinde per quotidiam mortificationem ac pénitentiam in nobis debeat submergi & extinguiri unâ cum omnibus peccatis & malis concupiscentiis, atq; rursus quotidie emergere & resurgere novus homo qui in justitiâ & sanctitate coram Deo vivat in aeternum.

Quid intelligis per veterem Adamum?

Omnes concupiscentias pravas, & pecca-

Regi nyomtatványok, Martin
(304. 15. 1.)

peccata per lapsum Adami in nos derivata, ac à parentibus nobis ingenita.

Quomodo verus ille Adamus in nobis submergitur?

Per quotidianam mortificationem & pœnitentiam; Quando concupiscentiis privatis resistimus easdem superprimimus, nec in peccata actualia cumpere permittimus.

Quid intelligis per novum hominem?

Hominem à Spiritu S. regeneratum, qui in justitiâ & puritate, hoc est, verâ fide, & morum sanctimoniam absq; hypocrisi coram Deo perpetuò vivit.

Ubi hoc (de mortificatione & resurrectione Spirituali) scriptum est?

S. Paulus ad Rom 6 v.3.4 dicit. Sepulti igitur sumus cum Christo per baptismum in mortem; ut, quemadmodum Christus excitatus est à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita ambulemus.

Quod

Quodnam est OBJECTUM Baptismi?

Seu: Quinam sunt Baptisandi?

Soli vivi homines, 1. Illi enim soli jubentur à Christo baptisari Matth; 28 v 19. Euntes docete omnes gentes [homines quosvis] baptisantes eos.

2. Illis solis competit promissio finis & effectus baptismi. Regeneratio scilicet, Adoptio & renovatio, Joh; 3. v 5 Acto; 2 v 39.

3. Illos etiam solos Apostoli baptisse leguntur.

Sed apnè promiscuè quivis sunt baptisandi?

Non: sed Apostolorum exemplo discrimen inter adultos & infantes observandum erit.

Quid de Adultis baptisandis statendum?

Non omnes adulti promiscuè baptisandi sunt, sed illi tantum adulti (sive foeminæ sive mares) qui in fundamentis religionis & fidei Christianæ prius in formati sunt, quia Christus di-

Regi Nyomatvejlo, Martin
(304.15.1)

cit: Qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit, Mat. 16. ¶ 16.

Quid de Infantibus statuendum?
Distingendum est inter infantes infidelium, qui nascuntur extra Ecclesiam: Hos solos baptisandos esse censet, illos infidelium non item.

Quibus argumentis probas infantes esse baptisandos?

Præter alia probo his præcipue:
Quia 1. mandatum Christi de baptisandis gentibus est universale, Matt. 28. ¶ 19.

2. Quia promissiones fœderis divini, ipsis etiam infantibus factæ, Acto: 2. ¶ 29.

3. Quia infantes in peccatis conceperunt & nati opere habent regenerationem ex aqua & Spiritu, Joh 3. ¶ 5. 6.

4. Quia infantibus beneficia Christi applicari non possunt per medium aliud quam per baptismum.

5. Quia

5. Qui ac circumcision, cui baptismus successit, Coloss. 2. ¶ 11. infantibus octavo die adhibita. Gene. 17. v. 10.

6. Quia denique infantum baptismus ad Apostolorum praxin, in Ecclesia Christi semper fuit observatus.

Quibus ceremoniis baptismus est administrandus?

Istiusmodi quæ vel verbis institutionis vel aliis scripturæ testimonis, sunt præfinitæ. Cujus modi sunt precatio-nes, gratiarum actiones & aliae non-nullæ de baptismo, ejusdemque salutari fructu, commonefactiones.

Rectè sit, quod etiam susceptores & patrini ad infantorum baptismum rogantur?

Antiquà id consuetudine recte ob-servatur: ut 1. devotas ad Deum pro infantib⁹ baptisatis, preces fundant.

Ut 2. susceptib⁹ baptismi testimonium prohibeant. Ut 3. Christiana nomina baptisatis imponant. Ut 4. æquè ac-

G paren-

Regi Nyomtatvédelyök. Martin

(304. 151.)

parentes, eosdem in fide & timore
DEI instituant.

Quo loco baptismus peragandus?

Ordinariè non nisi in publico Eccle-
siæ cœtu: in casu tamen necessitatis
in aliis etiam locis privatis admini-
strare baptismum liberum & nuspian
prohibitum est.

Quo tempore, die & hora baptismi
est administrandus?

Liberum est Christianis, quocunq;
tempore die & horâ baptismum per-
agere: Attendendum tamen, ut sicut
in adiaphoris aliis, ita & hic, omnia
ordine & decenter peragantur.

De V. Doctrinæ Cateche- ticæ Capite.

Quodnam est quintum doctrinæ Ca-
techetice Caput?

Alterum N. T. Sacramentum, vulgò
Cœna Dominica (sive Sacramentum
altaris) dictum;

Quale

Quare Cœnam Dominicam vocas Sa-
cramentum altaris?

Ideò, quia antiquiter in Ecclesiâ Chri-
stianâ super altari celebrari consuevit

Quid intelligitur nomine Altaris?

Nomine altaris intelligitur mensa,
in quâ conferebantur munera Christi-
anorum, ex quibus segregabantur ea,
quæ ad sacrae cœnæ celebrationem re-
quirebantur, reliqua cedebant susten-
tationi ministrorum & refectioni pau-
perum.

Quod si mensa idem est, quod altare,
cur non ad Christi ipsius exemplum, mensa
potius in actione Cœna Dominiæ uel-
met; quam altari?

Liberum quidem utrumque,

Quia Christus nec 1. altaribus inter-
dixit nec 2. usum mensæ ligneæ præ-
cepit, nec etiam 3. an & quâ mensâ li-
gneâne an lapideâ Christus usus fue-
rit, scriptura uspiam meminit.

Nos igitur mensis istis lapideis, for-

mam

Regi Nyontatvehjok, Martin
(304.5.1)

mā duntaxat, altariū extērnā represen- pane & vino verum suum corpus &
tantib⁹, pro libertate Christiana utim⁹ Sangvinem exhibet in certissimam ob-
Cur verò sacramentum hoc dicitur signationem quod remissionem pecca-
torum habeamus & cum ipso in æter-
num vivere debemus.

Cœna dicitur, quia vesperi potest
Cœnam Agni paschalis fuit instituta,
Matth: 26. ¶ 20. 26. & seqq;

Cur dicitur Cœna Dominicā?
Dominica dicitur ab autore sive in-
stitutore quia à Domino nostro Jesu
Christo primum instituta, Matth: ibid:
¶, Cor: 11. ¶ 23.

Quid est Sacramentum altaris sive
Cœna Dominicā?

Est verum corpus & verus sangvis
Dominī nostri Iesu Christi, sub pane
& vino nobis Christianis ad mandu-
candum & bibendum ab ipso Christo
institutum.

* Seu,

Cœna Dominicā est actio divinitatis
instituta, in quā Domin⁹ noster Iesus
Christus ipse præsens est, nobisq; cum
pane

[Cœna Dominicā est alterum N. T.
Sacramentum à Christo institutum, in
quo cum pane benedicto corpus suum
manducandum, & cum vino benedi-
to Sangvinem suum bibendum, Chri-
stus verè exhibet, in ipsius omniumq;
beneficiorum ejus recordationem, &
fficacem obsignationem.]

Ubi verba institutionis Cœnae Do-
minicæ scripta sunt:

Sic scribunt S. S. Evangelistæ Matth:
6. ¶ 26. Marc: 14. ¶ 22. Luc: 22. ¶
9. & S. Paulus, 1. Cor: 11. ¶ 23.

Dominus noster Iesu Christus, in
â nocte, qua traditus est accepit panē:
et postquam gratias egisset, fregit ac
edit discipulis suis, dicens: Accipite,
medite. Hoc est corpus meum quod

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

pro vobis datur: Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnavit, accepto calice, cum gratias egisset dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic calix novum Testamentum est in meo Sangvine, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum: Hoc facite, quotiescumque biberitis, in mei commemorationem.

Quisnam est auctor seu CAUSA EF-
FICIENS Cœnæ Dominicæ?

Primus auctor sive institutor, est Dominus noster Jesus Christus theanthropos, Deus, homo, verax, sapiens & omnipotens, Matth. 26. &c.

Quænam est Materia Cœnæ Dominicæ?

Materia (sive res) Terrena, est panis, materia verò (sive res) cœlestis, est corpus & sangvis Christi.

Quem hic panem intelligit?
Panem inteligo verum, qui ex farinâ commoliti frumenti & aquâ pistus ad coctus est.

Cujus

Cujus qualitatis & figuræ panis
ille erit?

Si modo ex farinâ & aquâ pistus sit, nihil inter est, sive fit fermentatus, sive triceus, sive filagineus, sive frumentarius aliis, sive itidem rotundus, sive oblongus sive quadratus, sive aliâ quâ cunque forma. (Non enim vel hujus generis, panem Christus vetat, vel illius præcepit. Ideoq; omne hoc in libertate Christianâ positum est.)

Quid de rotundis istis panibus minutis (quos prisco nomine hostias appellant) statuis.

Suntne verus Panis?

Quidni? 1. Constat enim substantia alibus panis partibus, materiâ scil: & formâ, cum sint ex farinâ tritici generosioris & aquâ pisti.

2. Competunt illis accidentia propria panis, color sc: sapor, vis nutriendi, verus igitur panis reverâ erunt.

Rectenè igitur hostiae istæ in usu
cœnæ adhibentur?

Regi nyomtatványok, Martin

(304.15.1)

Recte utiq; ex antiquâ Ecclesiæ consuetudine adhibentur. Quia non tantum verus panis sunt. verùm etiam ad distributionem & sumptionem vel maximè idoneæ sunt, in primis etiam apud ægrotos.

Quid verò de FRACTIōNE panis statuendum, annè ist hæc in sacrâ synaxi necessaria?

Evidet distributio panis est necessaria. Modus verò distributionis est indifferens. Sive ergo panis vel ante, vel inter distributionem cultro secedetur, sive digito frangetur sive alio quo cunq; modo ad distributionem præparetur, nihil prorsus interest quia utrobiq; finem suum assequitur: modo ideo frangatur, ut inter communiantes distribuantur.

Quomodo exhibitus panis excipiens; annè manibus, an vero solo ore;

Curiosum id est querere. Sumptio & manducatio quæ ore fit, omnino est

necessaria.

necessaria. Modus verò sumptionis est indifferens, sive manibus priùs apprehendatur & ori admoveatur, sive ore solo è manibus porrigitis pastoris sumatur, modo ad vescendum accipiatur & reverâ etiam manducetur. [Cavendum tamen, ne innovatio non necessaria offendiculum pariat.]

Quodnam vinum in S.S. Cœnæ usu adhibendum?

Sicut verus & naturalis panis, ita verum etiam & naturale vinum, quod sit genimen sive vitis, & ex uvis expressum, Mat. 26. 29. Luc. 22. 18. Estne vinum in calicibus inauratis exhibendū an in poculis igneis vel vitreis?

Perinde est. Nam quali poculo Christus in cœna ulis fuerit, in verbis institutionis non exprimitur. Quia igitur i. nec calices inauratos prohibuit; nec 2. aliorum usum præcepit, cujuscunq; sunt materiæ & formæ, sive lig-

Regi Nyomatvanyok
(304.15.1) Martin

gnei, sive vitrei, sive argentei, sive cuprei, &c. sint, merito nos ex libertate Christianâ, calices illos inauratos pro antiquâ Ecclesiæ priscæ consuetudine, indifferenter adhibemus.

Cum verò corpus & sanguis Christi
sint res Cœlestis cœnæ Dominicæ:

Quale corpus & Qualis sanguis his
intelligitur:

Verum illud & naturale corpus Christi humanum, quod ex Mariâ virginē in personam filij Dei assumptum, & pro nobis in mortem traditum est, Matth: 26. ¶ 26. Similiter verus & naturalis sanguis, qui in remissionem peccatorum nostrorum in ara crucis, effusus est, Matth. 26. ¶ 28.

Qualis autem est unio panis & corporis Christi, vini itidem & sanguinis Christi?

Unio sacramentalis in S. S. cœnâ, est vera & realis conjunctio passus & corporis Christi: itidemq; vini & san-

guis-

gvinis Christi quâ ex ordinatione & institutione Christi, in usu & sumptuone S. cœnæ, una manducatione sacramentali, cum pane editur verum corpus Christi, & utrâ bibitione sacramentali, cum vino bibitur verus sanguis Christi.

Unde verò hæc unio sacramentalis probatur?

Ex verbis institutionis, ubi Dominus de Pane (quem exhibeat) dicit: Edite, hoc est corpus meum: & de calice quem porrigebat dicit: Bibite hic est sanguis meus.

[Quibus disertè indicat se non tantum panem, sed cum pane etiam corpus suum manducandum? nec tantum vinum, sed & cum vino sanguinem suum bibendum tradere & ordinare.]

Annon verò verba illa iustitio-
nis sunt Tropica;
Nequaquam.

G6

Omnis

Regi nyomtatványok, Márton
(304.15.1)

Omnis enim Tropus est mutatio significationis propriæ in alienam. At qui in verbis institutionis: Hoc est corpus meum, &c. Non est mutatio significationis propriæ in alienam [quia singula verba nativam, genuinam & propriam suam significationem retinent] ergo & verbæ institutionis non sunt Tropica.

Proba amplius, verba institutionis non esse Tropica, sed in nativâ causa totheton (secundum literam) intelligenda esse?

Frobis, inde præcipue quia hæc ipsa sunt 1. verba Testamenti. 2. Mandatii Dei. 3. Articuli fidei 4. Sacramenti fœderis: quæ omnia & singula verbis propriis & non modificatis concipi solent. 5. Nec ulla causa justa afferri potest, quare à litterali sensu in hoc mysterio sit recedendum.

Quænam est FORMA Cœnae Dominicae?

Forma

Forma S. S. Cœnæ conflit in ipsa actione, certo verbo Domini determinata: Nempe in manducazione panis & corporis Christi, & in bibitione vini ac sanguinis Christi, juxta verba institutionis. Edite, hoc est corpus meum; Bibite, hic est sanguis meus.

Annon verò aliâ manducazione & bibitione editur seorsum panis & bibitur vinum [neimpe naturali] alia itidem manducazione & bibitione editor ac bibitur seorsum corpus & sanguis Christi [neimpe spirituali?]

Nequaquam. Una etenim non gemina, est manducatio panis & corporis Christi. Una & non gemina, bibitio vini ac sanguinis Christi: eaquè neque sola naturalis, neque sola spiritualis, sed Sacramentalis.

Quam vocas manducactionem & bibitionem naturalem?

Quia Propriè & per se solus panis com-

G7

Regi Nyomtató
(304.15.1)
Nyok - Martin

comeditur, & solum vinum bibitur.
Quam vocas mandationem & bibi-
tionem spiritualem?

Quia solum corpus & sanguis Christi, cum omnibus ejus beneficiis, per se & immediate fide percipiuntur.

Quam vocas mandationem & bi-
bitionem sacramentalem?

Quia in unico, & indivulso sacra-
mento vi institutionis Christi, panis &
corpus Christi simul ore manducatur,
& vinum & sanguis Christi simul ore
bibuntur, mysticè (seu arcano modo)
per & propter unionem sacramentalem,

Quid ergo in sacro sancta Cœna
Domini accipies?

Credo me in lacra Domini Cœna
cum pane & vino, verum corpus &
sanguinem Domini, ac Salvatoris mei
Iesu Christi verè percipere.

Quibus fundamentis demonstratur ve-
rō hæc & substantialis præsentia, man-
duca-

ducatio & bibito corporis & san-
guinis Christi cum pane & vi-
no, in S. S. Domini cœna.

Demonstratur 1. inde, quia verba in-
stitutionis Christi. Hoc est corpus me-
um, Hic est Sangvis meus: sensu lite-
rari [sine omni tropo aut figurata in-
terpretatione] sunt accipienda.

2. Quia Christus testator est verax
sapiens, omnipotens, ideoq; id quod
vult instituit ac promisit, vel ad nutum
præstare potest.

3. Quia per unionem Sacramentalem
panis SS. Cœnæ est coenonia sive com-
municatio corporis Christi & vinū est
coenonia sanguinis Christi. 1 Cor. 10.16.

4. Quia impænitentes indignè (sine
fide) manducando & bibendo fuent rei
ipsius corporis & sanguinis Christi,
1. Cor. 11. v. 26.

Deniq; 5. Quia cœna Dominicæ,
tanquam novi Testamenti sacra-
mentum, non umbras & figuræ, sed ipsum

Regi Nyomtatványok - Mérnök
(304.15.1)

habet corpus & substantiam, Luc. 22.
20. Joh. 8. 8. Heb. 10. 1. Col. 2. v. 17.

De Transubstantiatione.

Annè panis & vini substantia essentialiter trāsmutatur in substantiam corporis & sanguinis Christi ita ut nihil remaneat de pane & vi-

no quam mera externa species accidet.

Minimè gentium. 1. Namq; illud Transubstantiationis figmentum, nullum habet fundamentum; utq; in verbis institutionis, neq; in totà scripturâ

2. Paulus in ipso usu, Panem & vi-

num diserte nominat, 1. Cor. 11. 27. 37.

æquè post atq; ante consecrationem.

3. Ipsi seniori philosophiæ repugnat accidentia sola manere sine subjecto;

Cum accidens extra substantiam non

existat nec miraculum sine verbo Dei

fingi debeat,

Sed annè consubstantiationem vel ad

minimum inclusionem corporis Christi in pa-

ne adhuc, dum dimicat corpus Christi di-

stributus manducari In Cum Sub pane?

Absit

Absit. Quia enim panis est corpus Christi, non per essentiam sive comixtionem sed per unionem duntaxat Sacramentalem, consequitur inde, corpus Christi, in cum vel sub pane esse.

Cur ergo istis particulis utimur?

Non ad inclusionem denotandā, aut commixtionem sed. 1. Ad excludendū ipsum et transubstantiationis Pontificiæ figmentum. 2. Ad exprimendam veram & realem corporis & sanguinis Christi in SS. Cœna præsentiam. 3. Ad SS. Patrum imitationem. Sic enim Augustinus ait: *Hoc accipite IN pane, quod peperdit in cruce: Hoc accipite IN Calice, quod effusū de Christi latero.*

De fine, usu & Fructu, Cœnæ

Dominicas

Quid prodest (salutariter corpus & sanguinem Christi in cœna) sic comedisse & bibisse?

Id indicant nobis hæc verba: Pro voluntate datur & effunditur, in remissionem peccatorum: Nempe quod nobis per

Regi nyomtatványok, Mánik
(304.15.1)

verba illa in sacramento remissio peccatorum, vita, iustitia & salus, donetur. Ubi enim remissio peccatorum est, ibi & vita & salus est.

Ecquis igitur usus seu fructus Cœnae Dominicæ? Salutaris cœnae Dominicæ usus respectu utentium est 1. Applicatio omnium beneficiorū Christi, remissio peccatorum, vita iustitia & salus æterna. 2. Obsignatio & confirmatio fidei. 3. Insertio & implanatio in corpus Christi. 4. Christi inhabitatio. 5. Resurrectionis ad vitam æternam recessus.

Cur ergo ad Cœnam Dominicam accedit? Ut fidem meam in Jesum Christum Dominum meum confirmem & participacione corporis & sanguinis ipsius famelicam ac sitientem animam meam recreem ac refocillem.

Qui potest corporalis manducatio & bibitio tantas res efficere?

Manducatio & bibitio quidem non efficiunt, sed illa verba, quæ hic stant:

pro

pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum. Quæ verba sunt circa corporalem hujus cibi & potus participationem, tanquam caput & summa in Sacramento. Et qui fidit his verbis ille habet quod dicunt & sonant, neque remissionem peccatorum.

Annè ergo omnes & singuli, qui Sacramento hoc utuntur, fructum horum participes redduntur?

Neutquam, sed soli credentes (qui verbis institutionis & promissionis Christi fidunt, illi habent quod dicunt & sonant, neque remissionem peccatorum)

Quis itaq; uititur Sacramento digne? Jejunare & corpus suum præparare, est quidem bona & externa disciplina. At ille est verè DIGNUS & probè paratus, qui fidem habet in hæc verba. Pro vobis Datut & effunditur in remissionem peccatorum. Qui vero his verbis non credit aut dubitat, ille est INDIGNUS.

Regi nyomtatványok, Martin
(304.15.1)

Nus ac imparatus. Quia hoc verbū pro
vobis requirit omnīm̄ corda credentia.

Quid indigni illi in Cœna accipiunt?

[Integrum quidem Sacramentum ac
cipiunt nempe verum corpus sacra-
mentaliter cum pane, & verum sanguinem
sacramentaliter cum vino;) sed
salutare me ejusdem fructum, nempe re-
missionem peccatorum, aliaque bene-
ficia, spiritualia, non percipiunt.]

Unde illud ipsum probas?

Inde, quia Apostolus Paulus exserte
dicit, indignos REOS FIERI [non sym-
bolorum panis & vini] sed CORPORIS
& SANGVINIS Christi, 1Cor. II. v. 27.
& sumere sibi ipsis ad judicium, eo
quod in mādicatione & bibitione illa
nō discernat CORPUS Domini, ib. 24.

De Communione Laicorum sub
una Specie.

Estne paupinus & integer usus Cœnæ

Dcm

de Cœna Domini

Dominicæ, communio Laicorum
sub una [panis] scil: Specie?

Non est, Christus enim 1. Cœnam
sub utrāque panis & vini Specie insti-
tuit & celebrari iussit Mat. 26. 26. Et 2:
iple sic Apostolis administravit, ibid.
Et 3 Eodem modo Apostoli usurpā-
runt Marc. 14. v. 13. Et 4 aliis ita
administrandam præscripserunt, 1Cor
II. v. 22. 23. Et 5. primitiva Ecclesia,
approbantibus Apostolis, eodem mo-
do celebravit, exemplo Ecclesiæ Corin-
thiacæ. 1Cor. 19. 26. & v II, 13.



De Missa Pontifica.

Sed quid de sacrificio MISSÆ haben-
dum: quo Christus offerri singitur quo-
tidie per Sacerdotes in cruento pro-
viventium & mortuorum pec-
catis?

Abominanda hæc est Communio
Laicorum.

Regi nyomtatványok, Martin
(304. 15.)

nicæ profanatio, quæ è diametro contraria. 1. Ipsi institutioni Christi, quæ facta viventibus, [non mortuis] ad manducandum & bibendum [non ad offerendum.] 2. contraria toti scripturæ sacræ, quæ unicum tantum sacerdotem Christum, & unicum sacrificium propitiationem [passionem & mortem Christi] & quidem semel tantum modo cruento oblatum, nobis prescripsit, vide Heb. 7. 27 & 9. 22, 28.

DE SUBJECTO & AD-

junctis circumstantiis Coenæ, Quibus administranda est Coena Dominicana?

Solis hominibus, legitime ejusdem usum expertibus [qui edere, bibere, mortem Domini annunciare & se ipsos probare possunt.]

Cum vero autem homo, antequam ad Coenam Dominicam accedat, se ipsum probabit:

Hoc

1. Hoc modo, ut 1. peccata sua contra legem Dei commissa agnoscat.
 2. De iisdem serio paenitentiae affectu doleat,
 3. In conspectu Dei demisse hagerat.
 4. Remissionē peccatorū ab eodū ardentib⁹ præcibus petat ob sanguinis Christi in ara crucis effusi meritum.
 5. Proximo offensas omnes remittat,
 & reconciliationē amicā cū ipso ineat
 6. Propositum deniq, emendandi vitam, & desistendi in posterū a peccatis, verum & serium habeat.

Quo in loco peragenda?
 Ordinarit publicò Ecclesiæ cœtu sive

conventu Christianorū. [Exempli] ex

cœlo. Co.

Segích chwala wéky wékuw zu.
 wa. Sedce gich chwaly pane ne-
 gava.

Slawa Bohu Otcy v ge-
 nnu; Duchu swatemu vtěs-

4: Q4

855 Jan vypis d.

Regi Nyomtatványok, Martin
 (304.15.1)

datum habem⁹. Cavendum tamen, ne
& hic cum iuñorum scandal⁹ inno-
vatio suscipiat⁹.]

Quoties Coena Dominic⁹ utend⁹.
. Non semel tantum in vita, nec semel
dungixat in anno, nec infestis solum
solennioribus? Sed saepius ac multocies
quoties conscientiæ nostriæ necessitas
estragita verit⁹.

Quare hoc?
Quia propter carnis nostræ infirmi-
tatem opus habem⁹, 1. frequentiori
tidei confirmatione, 2. crebrā vītae re-
novatione 3 perpetua mutuæ cha-
ritatis redintegratione.

Solis i. hactenus enumgiata capita omnia
usum expertentibus qui eccl̄ord per-
mortem Domini annunciat⁹ & se ipsos
probare possunt.]

Cum vero autem homo, antequam ad
Coenam Dominicam accedit, se ipsum
probabit⁹:

Hoc

Salmy. 398
Mladařtvo pohanu-
a posluduge.

Skutky rukau geho Prawda ſau-
dy. Kostas Boſi gest kajdy Pra-
domluwony:

Stw̄zona na róžnosti bezkonans;
zna a Swata geho Přikazans.
Spasytele Pan Pøſlaſ lidu ſwé-
r. Vnem⁹ ſmlauđou wéčnau vtov
každemu:

Gájeno Boha naſleho Swate
zne: Žaiatek mandroſti gest ba-
pane,

Tit ſvoraweho Rozumu poſirva-
Gen⁹ w. Škorou pane ſwa ko-
ans magi,

Gegich chwala wéčy wéčnu ziu-
awa: Srdce gich chwaly pane ne-
ſteawa.

Slawa Bohu Otcy y geho
ynu: Duchu swatemu vtess-

Regi nyontatvinyok, Martin
(304.13.1)

FINS

VETGE